rum temporum hiſtoriam deſideraturus.

ASCENSIVS. ¶E N I M) id eſt quia Reſpu. eſt iſtic, ſcilicet vbi tu es. Deinde quòd nos poſſumus ſatisfacere tibi abſenti aliis officiis. Tu niſi supple satisfeceris nobis literis, hic. i. in hac regione, non video, id eſt non intelligo qua alia re poſſis ſatisfacere ſcilicet nobis. Sed tu ſcribes poſtea ad nos cætera, ego cupio nunc cognoſcere primo hæc, cuiusmodi iter tuum ſit ad nos, vbi uideris Brutum noſtrum. ſ. amicum, quādiu fueris ſimul ſcilicet cum eo. Deinde sup. ſcribes, cum proceſſeris longius de rebus bellicis ſupp. & de toto negocio vt poſſimus exiſtimare, id eſt iudicare, quo in ſtatu ſimus. Ego putabo me ſcire tātum quantum habebo cognitum ex literis tuis. Cura vt valeas & ames me amore illo tuo ſingulari, scilicet quo soles amare tuos.

PAVL. MANV. ¶A D amorem meum aliquantulum diſcedens addidiſti) Antea, legebatur, aliquātum olim. nos cum in libris manu ſcriptis & aliquantulū olim, & aliquantum olim, legeremus aliquantulum, emendare non dubitauimus. neque enim, ut opinor, habere locum hic poteſt uox illa, olim cum ex ipſa epiſtola, Trebonium non multo ante Roma profectum eſſe, colligatur. atque etiam sensus erit commodior, ſi, aliquantulum, quàm ſi aliquantum olim, legas, ut oſtēdatur, Ciceronis amorē erga Treboniū, ſummū, & maximū iā fuiſſe, cui quā minimū addi potuerit.

SEBAS. CORR. ¶C. Trebonio) in Hiſpania Procos. ¶Oratorē meum). ad M. Brutum, qui Galliam Ciſalpinam obtinente, ille ſcriptus eſt liber. ¶Natio) à Sabinis. qui tetrici, ſeueri, duriq́;, & continentes etiam à ſcriptoribus appellantur. ¶Cognomen arripuit) De hoc more neſcio qd l Q uæſtura relatum eſt. ¶Olim diſcedēs.) ex Italia I Hiſpaniā. ¶Iſtic eſt) ubi ſit Cęſar. ¶Sit ad nos ubi) Al. ſit: ubi. ¶Brutum) M. Brutum, Galliam Ciſalpinam regentem. Siqs tamen hæc omnia ad profectionem, de qua in epiſtola 28. lib. 10. & epiſt. 16. lib. 12. dictū ē, referat, nō uideo cur magnopere ſit repugnandū.

res enim publica iſtic eſt: deinde, quòd nos aliis officiis tibi abſenti ſatisfacere poſſumus; tu nobis, niſi literis, non uideo quare alia ſatisfacere poſſis. ſed cætera ſcribes ad nos poſtea. nunc hæc primo cupio cognoſcere, iter tuū cuiuſmodi ſit: ubi Brutum noſtrum uideris, quandiu ſimul fueris; deinde, cum proceſſeris longius, de bellicis rebus, de toto negotio: ut exiſtimare poſſimus, quo ſtatu ſimus. ego tantum me ſcire putabo, quantum ex tuis literis habebo cognitum. Cura ut ualeas, meq́; ames amore illo tuo ſingulari. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reſponſoria eſt epiſtola bona tamen ex parte officioſa.

M. T. C. TREBONIO S. P. D. 21

ET èpiſtolam tuā legi libenter, & librum libentiſſime. ſed tamen in ea uoluptate hunc accepi dolorē, quod cum incendiſſes cupiditatem meā conſuetudinis augendæ noſtræ (nā ad amorem quidē nihil poterat accedere) tū diſcedis à nobis meq́; tanto deſiderio afficis, ut unam mihi conſolationē relinquas, fore ut utriuſque noſtrū abſentis deſiderium crebris, & longis epiſtolis leniatur. quod ego non mō de me tibi ſpondere poſſum, ſed de te etiā mihi: nullam enim apud me reliquiſti dubitationē, quantum me amares, nam, ut illa omittam, quæ ciuitate teſte feciſti, cum mecū inimicitias cōmunicaſti, cum me concionibus tuis defendiſti, cum Quæſtor in mea, atque in publica cauſa Conſulū parteis ſuſcepiſti, cū Tribuno pl. Quæſtor non paruiſti, cui tuus præſertim collega pareret: ut hæc recēntia, quæ meminero ſēper, obliuiſcar, quæ tua ſolicitudo de me in armis, quæ lætitia in reditu, quæ cura, qui dolor, cū ad te curæ & dolores mei pferrentur, Brunduſiū deniq; te ad me uenturum fuiſſe, niſi ſubito in Hiſpaniā miſſus eſſes: ut hæc igitur omittā, quæ mihi tanti æſtimāda ſunt, quāti uitā æſtimo & ſalutē meā: liber iſte, quē mihi miſiſti, quantā habet declarationē amoris tui? primum, q tibi facetū uidetur quicquid ego dixi, quod alius fortaſſe non item:

ASCENSIVS. ET epiſtolam &c. Scripſerat Trebon. librum in quo vehementer laudat dicta Cice. quem Cic. dicit ſe libenter legiſſe, cognouiſſeque ex illo magnum eius erga ſe amorem. Deinde reſpōdet Trebonio de literis miſſis ad Caluū, exponens quare eum laudauerit. Ordo autē eſt. Ego legi & epiſtolam tuam libenter & librum, ſcilicet tuum libentiſſime. ſed tamen ego accepi in ea voluptate hunc dolorem, quòd cum incendiſſes cupiditatem meam, conſuetudinis, id eſt vt dicunt conuerſationis noſtræ augendæ. Nā ad amorem quidem nihil poterat accedere: id eſt addi, tum: id eſt tunc diſcedis, à nobis, & afficis me tanto deſiderio, vt relinquas mihi vnam ſupple duntaxat conſolationem, fore, id eſt quòd ſpero futurum, vt deſideriū vtriuſque noſtrum, vtriuſque abſentis leniatur, id eſt mitigetur & minuatur epiſtolis crebris & longis. quod ego poſſum non modo, id eſt nō ſolum ſpondere tibi de me, ſed etiam mihi de te. Tu enim nullā dubitationē reliquiſti apud me, quātū. i. vt dubitē quātū tu amares me. Nā vt omittā, id eſt prætercam illa quæ feciſti teſte ciuitate, id eſt communitate ciuium Romanorum, cum, id eſt quando, communicaſti mecum inimicitias. id eſt declaraſti te inimicum inimici mei, cum defendiſti me concionibus tuis, id eſt orationibus ad populum. cum quæſtor ſuſcepiſti in cauſa mea atque publica, partes, id eſt officium conſulum, cum tu quæſtor & ita inferioris dignitatis non paruiſti, id eſt obediuiſti tribuno plebis, præſertim cui collega tuus, id eſt qui tecum quæſtor erat, pareret. Et ſupple vt obliuiſcar hæc pręſentia, quæ ſupple tamen meminero, & recordabor ſemper. quæ, id eſt qualis ſupple fuit, ſolicitudo tua de me in armis, id eſt cum armatis me defēdere velles, quæ ſupple fuit lætitia tua in redditu, ſcilicet meo: quæ cura ſcilicet ne nimis cito redierim, qui, id eſt qualis dolor, cum curæ, & dolores mei perferrentur ad te: denique, id eſt demum ut omittam ſupple te vēturum fuiſſe ad me Brunduſiū, niſi miſſus eſſes ſubito in Hiſpaniam, vt igitur omittam hæc, quæ ſunt æſtimanda, id eſt reputanda & appretianda mihi: id eſt à me tāti quanti æſtimo vitam & ſalutem meam: iſte liber quem miſiſti mihi, quantam declarationem amoris tui habet? quaſi dicat maximam. Primum quòd quicquid ego dixi, videtur tibi facetum, id eſt venuſtum & vrbanum, quod fortaſſe ſupple videtur aliis non item, id eſt non ſimiliter.

FERN. RVT. ¶I T E R tuſi, &c.) In aliis Tuum abeſt quod uel probo, uel ad nos expungo. ut & ante, Olim. Ex aliquātulum enim factum eſt perperam. Aliquantum olim. tametſi alii utrunq; habent. Ego uero peruelim, & Caſſianas has literas, & Trebonianas, cæteris ad eoſdem adiungi. cum ne ſi quidem temporum ordinem aſſequuti ſint, qui diſiunxere. quæ enim ante ſcriptæ erant, in poſteriorem librum collatæ ſunt. Sed ſpero breui à nobis opus hoc longe aliter, quàm ſit hactenus, diſpoſitum, foras iri datum: idq; nō in uita (ut aiunt) Mineruа, ſed diis hominibusq;, atque ipſis Ciceronianis manibus approbaturis. ut qui hæc habuerit, non ſit magnopere eo-

deinde, quòd illa ſiue* faceta ſunt, ſiue ſic, fiunt nar rante te uenuſtiſſima: quin etiam ante, quã ad me ueniatur, riſus omnis pene conſumitur, quod ſi in his ſcribendis nihil aliud, niſi, quod neceſſe fuit, de uno me tandiu cogitauiſſes: ferreus eſſem, ſi te non amarem: cum uero ea, quæ ſcriptura perſecutus es; ſine ſummo amore cogitare non potueris: non poſſum exiſtimare, plus quenquam á ſe ipſo, quá me á te amari. cui quidem ego amori, utinam cæteris rebus poſſem, amore certe reſpondebo: quo tamen ipſo tibi confido futurum ſatis. Nunc ad epiſtolam uenio: cui copioſe, & ſuauiter ſcriptæ, nihil eſt, quod multa reſpondeam: primũ enim ego illas Caluo literas miſi, non plus quàm has, quas nũc legis, exiſtimans exituras: aliter enim ſcribim⁹, quod eos ſolos, quibus mittimus, aliter, quod multos lecturos putamus. deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quàm tu id uere potuiſſe fieri putas. primum, quod ita iudicabam, acute mouebatur: genus quoddam ſequebatur, in quo iudicio lapſus, quo ualebat, tamen aſſequebatur, quod probaret. multæ erant, & reconditæ literæ: uis nõ erat. ad eam igitur adhortabar. in excitando autem, & in acuendo, plurimum ualet ſi laudes eũ, quem cohortere. habes de Caluo iudicium, & conſilium meum: conſilium, quòd hortandi cauſa laudaui: iudicium, quod de ingenio eius ualde exiſtimaui bene. Reliquum eſt, tuam profectionem amore proſequar, reditum ſpe expectem, abſentem memoria* colam, omne deſiderium literis mittendis, accipiendisq; leniam. tu uelim tua in me ſtudia, & officia multum tecum recordere. quæ cũ tibi liceat, mihi nefas ſit obliuiſci, non modo uirum bonũ me exiſtimabis, uerum etiam te á me amari plurimum iudicabis. Vale.

ASCENSIVS. (DEINDE quòd illa, ſcilicet dicta mea ſiue ſunt faceta ſiue ſũt ſic, idest faceta narrãte te et venuſtiſſima. Q uin etiã antequam veniatur ad me ſcilicet vt gratuletur mihi ob facetiam, pene omnis riſus conſumitur, quia te narrante incept⁹ eſt. Q uòd ſi nihil aliud cogitauiſſes, niſi quod fuit neceſſe in his ſcribendis ſupple cogitare, de me vno tandiu, ego eſſem ferreus, idest durisſimis præcordiis, ſi non amarem te. Cum vero nõ potueris cogitare ea, quæ perſequutus es ſcriptura, idest ſcribendo ſine ſummo amore, non poſſum æſtimare, quenquam amari plus a' ſeipſo quàm me a' te. Cui quidem amori ego vtinam poſſim ſupple reſpondere cæteris rebus. reſpondebo, idest ſatisfaciam, certe, id eſt haud dubie; amore idest redamando te, quo ipſo, id eſt amore meo ego confido tamen, idest nihilominus futurum, idest factum iri ſatis tibi. Nũc venio ad epiſtolam, idest vt reſpondeam ad epiſtolam, poſtquã locutus ſum de libro, cui ſcilicet epiſtolæ, ſcriptæ, ſcilicet a' te copioſe et ſuauiter, nihil eẽ, idest nulla eſt vrgens cauſa quod, id eſt propter quam, ego reſpõdeam multa. Enim: idest qa, primũ. i. vt id primo reſpondeã ego miſi illas literas Caluo, exiſtimamus ſup. nõ exituras. i. diuulgãdas plus, quã has quas nunc legis. Nos. n. ſcribimus aliter ſupple id qđ putamus eos ſolos quibus mittimus, ſupple. ipſum lecturos: ſcilicet eſſe aliter ſupple id quod putam⁹ multos lecturos. Deinde ego extulli idest exaltaui ingenium eius ſcilicet Calui, & melioribus laudibus; quàm tu putas id potuiſſe fieri vere. Primum quòd iudicabam ita, ipſe mouebatur acute, & ſequebatur quoddam genus, in quo iudicio lapſus: idest errans: ſcilicet in eo quo volebat, aſſequebatur: idest obtinebat tamen quòd probaret. Literæ erant multæ & reconditæ: idest ſecretioris ſcientiæ: Vis ſcilicet mouendi, non erat. Igitur ego adhortabar enim ad eum. Autem: idest ſed, ipſe valet plurimum in excitando & acuendo ſi laudes. i. ſi ipſe laudes eum quẽ cohortere: idest quem ipſe cohortetur. Tu habes de Caluo, ſcilicet poeta iudicium & conſilium meum. Conſilium quòd laudaui eum cauſa hortandi, iudicium quòd exiſtimaui valde bene de ingenio eius. Reliquum eſt ſupple vt proſequar profectionem tuam amore, & vt expectem reditum tuum ſpe, & colam te abſentẽ memoria', & leniam omne deſiderium literis, mittendis & accipiendis. Velim ſupple recordare tecum multum officia & ſtudia tua in me, quæ, ſcilicet ſtudia & officia cum liceat tibi obliuiſci, & nefas ſit mihi obliuiſci, tu non modo exiſtimabis me virum bonum, verumetiam iudicabis te amari plurimum à me.

*a.l. facete. s.

*s. ſecus ſiũt.

*a.l. colã, commune.

SEBAS. CORR. (EPISTOLAM tuã) 16. lib. 12. Videri poteſt & liber, ex verſiculis, qui in ea dicuntur. ſi modo credimus hanc epiſtolam & ſuperiorẽ a' Cicerone ad Trebonium in Aſiam, & non in Hiſpaniam miſſas fuiſſe. (Cui tuus) Al. cum tuus. (Recentia) fortaſſe de Cæſaris morte. (In armis) in bello ciuili. (In reditu) poſt victum Pompeium. (Brundiſiũ) quo ego Dyrrhachio veneram. (Miſſus eſſet) Procos. a' Cæſare. (Siue non ſunt, ſic) Al. ſiue ſic ſiunt. Vide, an legi debeat, ſiue ſecus, ſiunt. (Futurum ſatis) Al. facturum ſatis (Caluo) Epiſt. XXV. lib. VII. (Q uod ita iudicabam) Q uidam ſic legunt. ita iudicabam, quòd. (Nam vt illa omittam) Teſti Ciceronem.

Vide

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER DECIMVSSEXTVS.



GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ex his epiſtolis animus Ciceronis erga doctos libertos & viros cognoſcitur. conſulit autem & monet hac epiſtola Tironem valetudinarium, vt valetudinem ſuam diligenter curet.

TVLLIVS, ET CIC. F. ET Q. Q. TIRONI HVMANISS. ET OPT. S. P. D. 1

Vide, quãta in te ſit ſuauitas: duas horas Thyrei fuimus: Xenomenes hoſpes tam te diligit, quam ſi uixerit tecum. is omnia pollicitus eſt, quæ tibi eſſent opus: facturũ puto. mihi placebat, ſi firmior eſſes, ut te Leucadem deportares, ut ibi te planè confirmares. uidebis, quid Curio, quid Lyſoni, quid medico placeat. uolebam ad te Marionem remittere, quem cum meliuſcule tibi eſſet, ad me mitteres: ſed cogitaui unas literas Marionem afferre poſſe me autẽ crebras expectare: poteris igitur, & facies, ſi me diligis, ut quotidie ſit Acaſtus in portu. multi erunt, quibus rectè literas dare poſſis qui ad me libenter perferant. equidem Patras euntem neminem prætermittam. egó omnẽ ſpem tui diligenter curandi in Curio habeo. nihil poteſt illo fieri humani⁹; nihil noſtri amãtius. ei te totũ trade. malo te paulo poſt ualentem, quã ſtatim imbecillum uidere. cura igitur nihil aliud, niſi ut tu ualeas: cætera ego curabo: Etiam atque etiã uale. Leucade proficiſcens. VII. Id. Nou.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Tironem, vt valetudinem curet, & quamprimum ad ſe veniat.

TVLLIVS, ET CIC. S. D. TIRONI SVO. 2

Septimũ iam diem Corcyræ tenebamur, Quintus autẽ pater, & fil⁹ Butrothi ſoliciti eram⁹ de tua ualetudine mirum in modum: nec mirabamur nil à te literarum: us enim uentis iſtinc nauigatur, q ſi eſſeut, nos Corcyræ nõ ſederemus. cura igiẽ te, & cõfirma, & cũ cõmode, & p ualetudinẽ & p anni tẽp⁹ nauigare poteris, ad nos amãtiſſimos tui ueni.

ASCENSIVS. Vide &c. Tironẽ libertum ſuum ꝓpter doctrinam, fidemq; eius ſingularem Cic. ita dilexit vt filium, Quo circa cum ex Cilicia rediens reliquiſſet eũ in Achaia propter valetudinem ad eum nunc ſcribit qd faciat, & quomodo saluti ſuę conſulat, dicens. Vide, ideſt animaduerte o' Tiro, quanta ſuauitas ſit in te. Nos fuimus Thyrei, q locus in Græcia eſt duas horas, ideſt duntaxat per ſpatium duarum horarum, & ſupple Xenomenes hoſpes diligit te tam, id eſt tantopere, aut quantum diligeret ſi vixerit, ideſt vitã egerit tecum. Is ſcilicet hoſpes pollicit⁹ eſt omnia, quæ eſſent opus tibi, puto facturum, ſcilicet quæ pollicitus eſt. Placebat mihi ſi eſſes firmior vt deportares te Leucadem ad promõtorium illud Epiri. vt cõfirmares, ideſt firmum faceres te ibi planè, ideſt omnino, Videbis quid placeat Curio, quid Lyſoni, quid Medico, ideſt his omnibus quibus ſalutem tuam cõmendaui. Ego volebam remittere ad te Marionem (nomẽ eſt ſerui) quem mitteres ad me, cum eſſet tibi meliuſcule, ideſt aliquanto melius, ſed cogitaui Marionem poſſe afferre i ſcilicet ad te vnas literas, me autem expectare crebras: ideſt frequẽtes, ſup. literas a' te. Vult dicere ſi miſiſſet. Marionem, vt literas afferret dummodo vnas haberet ſtatim rediret, nec Tiro alias ſcriberet donec iterum reuerſus fuerit, nunc autem vult vt quotidie noui nuncii per Acaſtum indagentur ſubdens. Igitur tu poteris ſupp. facere, & facies ſi diligis me, vt Acaſtus alter ſeru⁹ ſit quotidie in portu ſcilicet vnde Romam nauigatur, quia ſupple multi erunt ſcilicet i portu, quibus poſſis dare literas rectè. i. tutò qui perferant libenter ad me. equidem, ideſt ego quidem; neminem prætermittam, ſcilicet quin illi literas dem, euntem Patras. i. in eam vrbem Achaiæ vbi tu es. Ego habeo oẽm ſpem tui curandi in Curio, nihil põt fieri humani⁹ illo, ſcilicet Curio. Sunt autẽ diuerſa nomina Curius & Curio, hic eſt a' nominatiuo Curius cuius prima eſt breuis: Iuuenã. Qui Curios ſimulant. Curio autem à Curia aut cura, prima longa. Lucanus Venali Curio lingua &c. nihil põt fieri amantius noſtri. i. quod nos magis amet, ſcilicet q̃ Curi⁹. Trade ei. i. fidei & cuſtodiæ eius te totum. Malo videre te valentem: Paulo. i. modico ſup. ſerius aut poſt, quàm videre ſtatim imbecillũ. i. infirmũ. Cura igitur nihil aliud niſi vt tu valeas. i. ſanus ſis. Ego curabo cætera. vale etiã atq; ẽt. Dedi ſup. has proficiſcẽs. i. dũ ꝓficiſcerer, Leucade. i. ab eo ꝓmõtorio Epiri, niſi forte loquatur de Leucade inſula Cephaleniæ. VII. Idus Nouemb.

SEBAS. CORR. ℂ M. T. C. & Cicero F. & Q. Frat.) ex Cilicia redeuntes. ℂ Tironi) Patris ægro relicto. Curio) Epiſt. 29. lib. 7 ℂ Lyſoni) Epiſtol. 19. lib. 13. ℂ Medico.) Aſclapõi. epiſt. 20. lib. 13. Vt aũt hæ ſint digerendæ epiſtolę, ex. 9. hui⁹ lib. ferè cognoſcitur. nos in margine numeris ſignauimus.

BERN. RVT. ℂ MALO te paulo valentem, q̃ ſtatim imbecillum videre) Ex ſenſu lego, paulo pòſt valentem.

[redacted] ℂ HVIVS libri epiſtolæ pleræq; oẽs ad Tironẽ Ciceronis libertum ſcriptæ ſunt, ex quibus animus Ciceronis erga doctos ſatis cognoſcit. Monet autem hac epiſtola Tironẽ, vt valetudinem ſuã diligenter curet. & huius argumenti ſunt pleræq; huius libri epiſtolæ. ℂ Vide quanta in te) A' narratione orditur.

ASCENSIVS. Septimum &c. Scribit ſe & fratrem ſolicitos de valetudine Tironis. Ordo ẽ. Nos tenebamur Corcyræ. i. in eo oppido Corcyræ inſulę quę eſt i Epiro. Aũt. i. ſed Quintus. ſcilicet Cicero frater & filius etiam M. Cicero: ſupple tenebantur a' ventis Butrothi .i in ea vrbe Epiri i Theſprotis, iam. ſ. cum hæc ſcriberẽ, diem ſeptimum. Nos. ſ. oẽs ſoliciti eram⁹. i. anxii, mirum in modũ de valetudine tua. Et mirabamur nihil literarũ, ſup. miſſum eſſe a' te, nauigatur enim his. i. huiuſmod vẽtis, iſtuc. i. ad vos, aut ad te, non iſtinc i. a' te, qui. ſ. venti iſtinc flantes ſi eſſent, nos nõ ſederem⁹. i. ocioſi nauigationẽ expectaremus Corcyræ Cura igitur & cõfirma te, & cũ poteris nauigare cõmode & per valetudinem, & per tẽpus ãni. i. vbi defuerit hyẽs, veni ad nos amãtiſſimos tui.

nemo nos amat, qui te nõ diligat. charus omnib⁹, expectatusq; uenies. Cura ut ualeas etiã atque etiã. Tiro noſter uale. XV.* Cal. Nou. Corcyræ.

GIBERTI LONG. LEMMA.

Eiuſdem eſt argumenti cum ſuperiore.

TVLLIVS, ET CIC. MEVS, ET FRATER, ET FR. F. TIRONI SVO S. D. 3

PAulo facilius putaui poſſe me ferre deſideriũ tui: ſed plane non fero. & quanquã magni ad honorem noſtrum intereſt, quamprimum ad urbẽ me uenire: tamen peccaſſe mihi uideor, qui à te diſceſſerim. ſed quia tua uoluntas ea uidebatur eſſe, ut proſus, niſi confirmato corpore, nolles nauigare: approbaui tuum conſilium: neque nunc muto, ſi tu in eadẽ es ſententia. ſi poſtea, quàm cibum cepiſti, uideris tibi, me poſſe conſequi: tuum conſilium eſt. Marionem ad te eo miſi, ut aut tecum ad me quamprimum ueniret: aut, ſi tu morarere, ſtatim ad me rediret. tu autem hoc tibi perſuade, ſi commodo ualetudinis tuæ fieri poſſit, nihil me malle, quàm te eſſe mecum: ſin intelliges opus eſſe te Patris conualeſcendi cauſa paulum commorari, nihil me malle, quàm te ualere. ſi ſtatim nauigas, nos Leucade conſequere. ſin te confirmare uis, & comites, & tempeſtates, & nauẽ idoneam, ut habeas, diligenter uidebis. unũ illud mi Tiro uideto, ſi me amas, ne te Marionis aduẽtus, & hæ literæ moueãt. quod ualetudini tuæ maxime conducet, ſi feceris, maxime obtẽperaris uoluntati meæ. hæc ꝑ tuo ingenio cõſidera. nos ita te deſideramus, ut amemus. amor, ut ualentẽ uideamus hortatur: deſideriũ, ut quamprimum. illud igitur potius cura ergo potiſſimũ, u ualeas. de tuis innumerabilib⁹ in me officiis erit hoc gratiſſimũ. III. Non. Nou. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Officioſa eſt epiſtola.

TVLLIVS TIRONI SVO S. 4

NOn queo ad te, nec lubet ſcribere quo aio ſim affectus. tantũ ſcribo, & tibi, & mihi maximæ uoluptati fore, ſi te firmum quãprimum uidero. tertio die abs te ad Alyziam acceſſeramus. is locus eſt citra Leucadem ſtadia. CXX. Leucade aut te ipſum, aut tuas literas à Marione putabã me accepturũ. quãtum me diligis, tantũ fac ut ualeas, uel quantum te à me ſcis diligi. Non. Nou. Alyzia.

ASCENSIVS. ℭ NEMO amat nos, qui non diligit te. Tu uenies charus & expectatus omnibus. Cura vt valeas etiam atque etiam ꝙ Tiro noſter. Vale. XV. Cal. Nou. Corcyræ.

ℭ M. T. Cicero) Al. M. T. & Cicero F. Tenebamur) ego, filius, & reliqui familiares. Q. autem frater, ſiue (vtroq; enim

SEBAS. CORR. modo legitur) pater, & eius filius, Buthroti tenebantur. ℭ Literarum his) Al. literarũ dari. his. ℭ Qui ſi non eſſent) Al. qui ſi eſſent. ℭ XV. Calē. Nouemb.) XV. Cal. Decẽb. legendum, nemo non videbit, qui epiſt. IX. huius lib. leget, in qua à Tirone ad. IIII Non. Nouemb. diſceſſiſſe oſtendit.

al. Calē. Dec.

ASCENSIVS. PAulo facilius &c. Oſtendit ſe dolere quòd dereliquerit Tironem, ſed id fecerat, quia ita voluit Tiro, qui noluit nauigare donec eſſet conualeſcens, vnde hortatur vt Patris maneat dicẽs. Ego putaui me poſſe ferre. i. pati, paulo facilius. i. leuius & modeſtius deſiderium tui. i. abſentiam tuam, ſed non fero planè: ideſt omnino. Et quã quam magni intereſt. i. facit et vtile eſt ad honorem noſtrũ me venire quamprimum. i. valde cito, ad vrbem: ideſt Romam, tamen videor mihi peccaſſe, qui: ideſt ꝙ diſceſſerim à te: ſcilicet ægrotante. Sed qa voluntas tua videbat eſſe ea, ideſt talis, vt nolles nauigare, niſi corpore: ſcilicet tuo. confirmato: ideſt corroborato. prorſus. i. omnino & in omnem partem verſus, approbaui conſilium tuum, ſcilicet vt iſtic maneres, ego diſcederem. Neque muto nunc: ſcilicet approbationẽ & ſententiam meam ſi tu es in eadem ſententia. Sin autẽ. i. ſed ſi poſtquam cepiſti cibum videris poſſe conſequi me, conſilium eſt tuum. i. in deliberatione & prudentia tua, vt id facias quod expedire cẽſeas. Ego miſi Marionẽ. ſ. ſeruum, ad te, eo. i. propterea vt ſupple ipse aut ueniret ad me tecum quãprimũ, ideſt ualde cito quo ad inceptionem, non enim penitus unum ſunt, ualde cito facere & quamprimum, nam ualde cito proprie ſignificat ꝓperãter & quaſi citato curſu, quamprimum primo quoq; tempore etiam ſi lente ut ægroto conuenit, aut ut rediret statim ad me ſi tu morarere. Tu autem persuade tibi hoc, ſi poſſit fieri ſupple cum commodo ualetudinis tuæ, me nihil malle, idest magis uelle quàm te eſſe mecum. Sin autem: ideſt ſed ſi intelliges opus eſſe cauſa conualeſcendi: ideſt ut cõualeſcas, te commorari paulum Patris, perſuade tibi, me nihil malle quàm te ualere. Si nauigas ſtatim conſequere. i. offendes nos: ſcilicet adhuc Leucade: ideſt in eo promontorio. Sin uis confirmare: ideſt firmiorem facere te, uidebis diligenter ut habeas & comites idoneos, & tempeſtates idoneas. idest diſpoſitionem aeris idoneam, & nauem idoneam. O' mi Tiro, uideto: idest conſiderato illud unum ſi amas me ne aduentus Marionis & literæ moueant te: ſcilicet ad properandum, quia ſi feceris quod conducit maxime ualetudini tuæ, tu obtẽperaris pro obtemperaueris maxime uoluntati meæ. Conſidera hæc pro ingenio tuo, idest iuxta menſuram ingenii tui. Nos deſideramus, te ita ut amemus. Amor hortatur ut uideamus ualentem, deſiderium, ut uideamus quamprimum. Igitur illud: ſcilicet quo'd amor hortatur potius ſupp. est faciendum. Ergo cura potiſſimum ut ualeas, duo propoſuit, & hoc, tertium est, unde potisſimum dixit ut primum ſit uidere ualentem, ſecundũ uidere quamprimum tertiũ ualentem eſſe etiamſi non statim uiderit. hoc ſcilicet officium tuum, erit mihi gratiſſimum de innumerabilibus officiis tuis in me. III. Idus Nouembris.

ℭ CIBVM cepiſti) ex Medicorum præceptis, qui de cibo ægris dando multa ſcribunt, & inter ſe etiam diſſentiunt, ut ſcribit Celſus lib. III cap. IIII. SEBAS. CORR.

ℭ DESIDERIVM, ut quamprimũ) Quoquo modo, ut de ualetudine nihil curet. contra quam Clericus. BERN. RVT.

[redacted]

NOn queo & cætera. Rurſus amorem ſuum in Tironem oſtendit, monendo ut ſaluti ſuæ quæ ſibi charisſima est conſulat, ut quamprimum uenire poſſit; dicens. Ego non queo nec libet ſcribere ad te quo, idest quali animo ſim affectus tantum, idest duntaxat ſcribo, fore, idest futurum maximæ uoluptati & tibi & mihi, ſi uidero quamprimum; idest statim te firmum, idest ualentem & fortem. Nos acceſſeramus tertio die abs te idest postquam diſceſſeramus à te, ad Alyziam. Iſ locus est citra Leucadem, ſcilicet promontorium Epiri, stadia. cxx. Ego putabam me accepturum Leucade, idest cũ eſſem Leucade, aut teipſum, aut literas tuas à Marione, idest quas Marioni dederis. Quantum diligis me, tantum fac ut ualeas, uel quantum ſcis te diligi a me. Non. Nouemb. Alyzia, idest ex eo loco. ASCENSIVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur.& curet valetudinem, vt in reliquis propemodum omnibus.

TVLLIVS, ET CICERO TIRONI SVO S. D. ET Q. PATER, ET FILIVS 5

NOs apud Alyziam, ex quo loco tibi literas ante dederamus, unum diem commorati ſumus, q Quintus nos conſecutus nō erat. is dies fuit Non. Nou. inde ante lucem proficiſcentes, ante dié. VIII. Id. Nou. has literas dedimus. Tu ſi nos omneis amas, & præcipue me magiſtrum tuum, confirma te. ego ualde ſuſpenſo animo expecto, primum te ſcilicet, deinde Marionem cum tuis literis. omnes cupimus, ego in primis, quáprimum te uidere, ſed mi Tiro ualentem. quare nihil properaris. ſatis quotidie uidero, ſi ualebis, utilitatibus tuis poſſum carere: te ualere, tua cauſa primum uolo, tum mea mi Tiro. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Solicitus eſt pro Tirone.

TVLLIVS TIRONI SVO S. P. D. ET CIC. ET Q. PATER ET Q. F. 6

VArie ſum affectus tuis literis. ualde, priore pagina perturbatus, paulū altera recreatus. quare nūc quidē non dubito, quin, quoad planè ualeas, te neq; nauigationi, neq; uiæ committas. ſatis te mature uidero, ſi planè confirmatū uidero. De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio. ſed planè curationes eius non probo. ius enim dandū tibi non fuit. cū* κακοστόμαχος eſſes. ſed tamē & ad illum ſcripſi accurate, & ad Lyſonem. ad Curiū uero ſuauiſſimū hominē, & ſummi officii, ſūmæq; humanitatis, multa ſcripſi. in his, etiā ut, ſi tibi uideretur, te ad ſe transferret: Lyſo enim noſter uereor ne negligentior ſit primū, quia oēs Græci; deinde, quod cū a me literas accepiſſet, mihi nullas remiſit. ſed eū tu laudas. tu igitur, quid faciendū ſit, iudicabis. illud mi Tiro te rogo, ſumptui ne parcas ulla in re, qua ad ualetudinē opus ſit. ſcripſi ad Curiū, qđ dixiſſes, daret medico ipſi puto aliquid dandū eſſe, quo ſit ſtudioſior. inumerabilia tua ſunt in me officia, domeſtica, forenſia, urbana, prouincialia, in re priuata, in publica, in ſtudiis, in literis noſtris: oīa uiceris, ſi, ut ſpero, te ualidū uidero. ego puto te belliſſime, ſi recte erit, cum Quæſtore Meſcinio decurſurū. non inhumanus eſt, teq;, ut mihi uiſus eſt, diligit. & cum ualetudini tuæ diligētiſſime conſulueris, tū mi Tiro conſulito nauigationi. nulla in re iā feſtinate uolo. nihil laboro, niſi ut ſaluus ſis. ſic habeto mi Tiro, neminē eſſe, qui me amet, quin idē te amet. & cū tua, & mea maxime intereſt te ualere, tum multis eſt curæ. adhuc, dum mihi nullo loco deeſſe uis, nunquā te confirmare potuiſti. nunc nihil impedit. oīa depone. corpori ſerui, quantā diligentiā in ualetudinē tuam cōtuleris, tanti me fieri a te iudicabo. Vale mi Tiro, uale, uale, & ſalue. Lepta tibi ſalutē dicit, & omnes, Vale. VII. Id. Nou. Leucade.

ASCENSIVS. NOs &c. Iterum amanter ſcribit nauigationē ſuā, & monet vt Tiro aut ſcribat, aut quamprimum incolumis redeat. Ordo eſt. Nos commorati ſumus unum diem apud Alyziam, ſunt qui Aluciā ſcribāt, ex quo loco nos dederamus tibi literas antea, quòd, ideſt quia Quint. Fra. ſcilicet meus non erat conſecuturus, ideſt obtenturus ſe quēdo nos. Is dies erat Non. Nouemb. Nos proficiſcentes inde ante lucem dedim⁹ has literas. VIII. Idus Nouemb. ante diem, ideſt prius quàm dieſceret. nō poſſet dici ante diem. VIII. Idus, quia is dies q ante eſt, Nonę ſunt. Tu ſi amas nos oēs, & præcipue me magiſtrum tuum ſcilicet in literis, non dicit patronum ne ſeruitutis muneret. confirma te. Ego expecto animo valde ſuſpenſo, id eſt anxio & incerto primum ſcilicet te, deinde Marionē: ſcilicet ſeruū cum literis tuis. Nos omnes cupimus, & ego in primis, videre te quamprimum. ſed ò Tiro cupimus videre valentem. Quare nihil properaris: ideſt properaueris. ego video te ſatis quotidie: ideſt quoque die, aut ſatis cito, ſi valebis. Ego poſſum carere vtilitatibus tuis: ideſt quas mihi faceres. ego volo te valere. ò mi Tiro primum cauſa tua: ideſt propter bonum tuum. tum: ideſt deinde. mea: ideſt propter vtilitatem meam.

ASCENSIVS. VArie &c. Tota hæc epiſtola ſuauitatis & amoris Ciceronis in Tironem libertum ſuum plena eſt. Oſtēdit autē quid cū medico pro ſalute ſua faciat. Ordo eſt. Ego ſū affectus, ideſt diſpoſitus varie, ideſt diuerſimode literis tuis, perturbatus valde priore pagina, recreatus paululum, ideſt modicum altera. Quare ego non dubito, quidem, ideſt ſaltem nūc, quin quo, ideſt vt, aut quoad valeas planè. ideſt omnino, neque committas te nauigationi neque viæ. Ego enim videro te ſatis mature, ideſt cito, ſi videro plane confirmatū. Tu &c: ideſt ſimul. ſcribis bene exiſtimari. i. iudicari de medico, & ego audio ſic. Sed ego planè non probo curationes eius. Ius enim, ideſt ſuccus frigidus, non fuit dandum tibi cum eſſes κακοσόμαχος, ideſt mali ſtomachi & difficilis digeſtionis, ſed tamen ego ſcripſi accurate & ad illū & ad Lyſonem: ſcilicet amicum. Vero: pro ſed, ego ſcripſi multa ad Curim hominē ſuauiſſimum & ſummi officii: ideſt debiti obſequii & ſūmæ humanitatis. i. manſuetudinis & beneuolētiæ. Et ſupple ſcripſi in his: ideſt inter hæc multa, ſi videretur tibi: ſcilicet vtile. ipſe transferret te ad ſe: ideſt in domum ſuā. Vereor enim ne Lyſo noſter ſit negligentior ſcilicet in te curando & fouendo. Primū quia omnes Græci ſupple ſunt in officioſi, & multa pollicentes, & parum facientes: deinde quod cum accepiſſet literas a me nullas remiſit mihi. Sed tu laudas eum. Tu igitur iudicabis, qđ ſit faciendum. o mi Tiro ego rogo te illud, ne parcas ſumptui in vlla re qua opus ſit ad valetudinem ſcilicet tuam. Scripſi ad Curium ſupple vt daret medico ſup. id mercedis quod dixiſſes ſcilicet illi dandum. Ego puto aliquid dandum ipſi ſcilicet medico, quo, ideſt vt aut propter qđ ſit ſtudioſior. Officia tua in me ſunt innumerabilia, domeſtica, forenſia, vrbana, prouincialia. i. impenſa domi, foro, in vrbe, in prouincia, in re priuata, in Rep. in ſtudiis, in literis noſtris. Tu viceris, ideſt ſuperaueris omnia, ſcilicet officia, ſi videro, vt ſpero, ſcilicet me viſurum te validum. Ego puto te decurſurū. i. celeri nauigatione venturum, belliſſime, ideſt commodiſſime cum quęſtore Meſcinio, ſi erit recte, ideſt proſpere tibi ſupple non eſt inhuman⁹ & diligit te vt viſus ē mihi. Et o mi Tiro cū cōſulueris, ideſt opem tuleris & proſpexeris diligentiſſime valetudini tuæ, tum, ideſt tunc multo magis cōſulito nauigationi. Ego nulla. i. nō ulla nō volo te feſtinare iā nulla re, nihil laboro, ideſt laborioſe prætendo, niſi vt ſis ſaluus. O mi Tiro habeto, ideſt firmiter teneto ſic, neminē eſſe qui amet me, quin idem amet te. Tu, cum. ſ. ſit ita, quod te valere intereſt maxime tua & mea, tum eſt multis curæ. dum adhuc nullo loco vis deeſſe mihi nunquā potuiſti te confirmare. i. firmū efficere. Nihil impedit nunc te, depone omnia, ſerui. i. indulget corpori, ego iudicabo me fieri tanti à te: quantam diligentiam contuleris in vualetudinem tuā.

* .i. ſtomachoſus.

Vale.&c.inculcatio affectum eſprimens. Lepta qui fuerat in Cilicia cum Cicerone præfectus Fabrorum &c.

ra te o' mi Tiro.quando, ideſt quoniam non contigit, ideſt nõ eſt datum ut nauigares ſimul, ideſt unà mecum, nihil eſt, quòd ideſt nulla eſt cauſa cur feſtines, nec cures quicquam niſi ut ualeas. Etiam atque etiam. Vale. Actio, ideſt ab ea urbe Epiri, aut ad illud promontorium ante quod Auguſtus & Agrippa uicerunt Antonium & Cleopatram. VII. Idus Nouembris ueſperi, ideſt tẽpore ueſpertino.

VICTORIVS.

IVs enim tibi dandum non fuerat, cum κακοςόμαχος. Celſus quoque lib. II. cap. 24. inter ea que aliena ſtomacho ſunt, iurulenta ponit merito igitur culpauit Aſclaponem Medicũ Cicero. ſi enim firmo ſtomacho iurulenta non cõueniũt, quanto magis infirmum affectumq; Tironis ius quod ei dederat, lædere potuit? κακοςόμαχον appellauit, qui ſtomacho laboraret. Idem Medicinæ cãdidiſſimus author, cum inquit: At imbecillis ſtomacho, quo in numero magna pars vrbanorum, oẽsq; penè cupidi literarum ſunt, κακοςομάχους intellexit. ⸢Q d dixiſſes daret medico. ipſi puto aliquid dandum eẽ) Hæc verba (niſi fallor) perperam diſtincta ſunt, &, vt arbitror, ita interpungi debent. {Q d dixiſſes, daret, medico ipſi puto aliquid dandum eſſe} vt certiorem faciat Cicero Tironem, ſe ad Curium ſcripſiſſe, vt ei daret, numeraretq; pecuniam, quam dixiſſet, ac popoſciſſet, vt illa ipſe in ſumptum vti poſſet. Admonet tamen Tironem, ut ante oĩa medico ipſi partem aliquam illius pecuniæ ſoluat, quo ſtudioſior, ac diligẽtior ille ſit. neque enim veriſimile eſt, iubere Ciceronem mercedem aliquam Curio dari, qui ciuis Romanus erat, & locuples homo, & Ciceronis in primis familiaris, quemadmodum ex epiſtolis ipſius intelligi poteſt, quæ ſunt in libro ad Marium, necnon ex epiſtola Curii ad Ciceronem: quicquid enim ille pro ſalute, & commodis Tironis faciebat, officii gratia faciebat, & iure amicitiæ, qua cum patrono ipſius arctè coniunctus erat. Hanc etiam ſuſpicionem confirmant verba illa, quæ ſunt in tertia ab hac epiſtola, Curio miſi, vt medico honos haberetur, & tibi daret qđ opus eẽt i me cui iuſſiſſet curaturum. Oſtẽdunt enim voluiſſe Ciceronem in poteſtate Tironis numos eſſe. quanuis ei mandet, quod prætermitti non potuit, ut medico ſtatim mercedem diſſoluat.

*. i. tua quidẽ, ſed diuturna.

SEBAS. CORR. ⸿DANDVM tibi non fuit) Ius enim, ut docent medici, ſtomachum languidum reddit, præſertim ſi frequentius ſumatur. ⸢Κακοςόμαχος) malo ſtomacho, ſtomachoſus. ⸢Meſeinio) Epiſtola. XX. libro. V. ⸢Lepta) Epiſtol. VII. libro. III.

BERN. RVT. ⸿TV, quum tua & mea maxime intereſt, te ualere, tum multis eſt curæ adhuc) Qui ſi, Tum multis & curæ. adhuc, dum mihi, &c.

ASCENSIVS. TErtiam &c. eodem ferè argumento quo in ſuperiorib⁹ epiſtolis hortatur Ci. Tironem ad ualetudinem curandam & ad conſulendum nauigationi dicens. Ego ſcripſi iam ad te tertiam epiſtolam eodem die, magis cauſa tenendi inſtituti, ideſt moris ac propoſiti mei quia nactus eram cui darẽ, quàm quòd haberem quid ſcriberem. Igitur quãtum diligis me, tantum diligentiæ adhibe, ideſt confer in te. Adde ad innumerabilia officia tua in me, hoc ſcilicet ut in te adhibeas tantum diligentiæ, quod erit mihi gratiſſimum omnium. Cum habueris rationem, ideſt curam & reſpectum ualetudini ſcilicet tuæ: habeto etiam ſupple rationem nauigationis ſcilicet ut rectè fiat. Tu dabis omnibus euntibus in Italiam, literas ad me, ut ego neminem prætermitto euntem Patras, ideſt in eam urbem ubi tu es, ſcilicet quin ei literas dem. Cu-

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatoria eſt epiſtola.

TVLLIVS, ET CICERO, ET Q. Q. TIRONI S. P. D. 7

TErtiam ad te hanc epiſtolam ſcripſi eadẽ die, magis inſtituti mei tenendi cauſa quia nactus eram, cui darem, quàm quòd haberẽ quid ſcriberem. Igitur illa: quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ. ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratiſſimum omnium, cum ualetudinis rationem, ut ſpero habueris, habeto etiã nauigationis. in Italiam euntibus omnibus ad me literas dabis, ut ego euntem Patras neminẽ prætermitto. cura, cura te mi Tiro. quando non cõtigit, ut ſimul nauigares, nihil eſt, quod feſtines, nec quicquã cures, niſi ut ualeas. Etiam atque etiam uale. VII. Idus Nouemb. Actio. ueſperi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petitoria, a ſolicitudine valetudinis Tironis.

Q. CICERO TIRONI S. D. 8

Magnæ nobis eſt ſolicitudini ualetudo tua. nã tametſi q ueniũt, ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ nũtiant,

VICTORIVS.

CVra te mi Tiro) Nos auxilio uetuſtorum codicum bis {Cura} ſcripſimus, nota figura, & quæ oſtendat maiore quodam affectu pronuntiata eſſe hæc uerba. Quod ueriſimile eſt cum tã tum de ſalute Tironis ſolicitus eſſet. Ariſtoph. in Ranis nõ ſemel ſic locutus eſt, πρᾶγμα πρᾶγμα γὰρ κινεῖται μέγα ἐν τοῖς νεκροῖς, καὶ στάσις πολλὴ πάνυ. itẽ ἆρ' ἆρα μὴ λανθάνει πᾶσ' ἁμαρτάνεις. Sed tã frequẽs eſt apud poetas & oratores hæc figura, ut omnes ſciant uim, quam habet, eiusq; elegantia patiantur, ſæpe tamẽ (quod incommode accidit) uitio librariorum deleta eſt: qui cum in exemplari eandẽ uocem repetitam uiderent, mendum eſſe putãtes, ſemel tantum ſcribebant.

⸿TERTIAM) prima fuit. I. huius lib. ſecunda fuit. 6. huius lib. ⸢Eadem) Al. eodem. SEBAS. CORR.

⸿TERTIAM ad te hanc epiſtolam ſcripſi eodem die) Hoc oſtendit, ſuperiori epiſtola adſcribendam diem nõ VI. ſed. VII. Idus Nouembris. Ex his prima eſt quæ hanc præcedit: altera, quæ uoluminis inſipienter prima collocata eſt. tertia hæc, quare & præcedentes omnes hac ſerie rediges, ut prima initiumq; libri ſit, Cicero meus, & frater, & fratris filius. ſecunda, Non queo. tertia, Nos apud. quarta, Varie ſum affectus: quinta, Vide quanta in te. ſexta, Tertiam ad te. ſeptima, Septimum iam diem. octaua, Magnæ nobis. nam & in ea, quam fecerunt primam, eſt, Volebam ad te Marionem remittere, quem in ea, quam nos maluimus primam conſtituere, antea miſiſſe ſcribit: Marionem, inquit, ad te eo miſi. is cum ad Ciceronem cum literis Tironis reuertiſſe, cogitabat Cicero de eo ad Tironem remittendo, ueniſſe cum literis ad Ciceronem apparet ea, quam nos quartam ſtatuimus, quæ incipit, Variè ſum affectus, ſed dies quoque ipſi pleriſque ex his integrè appoſiti, eum ordinem ſuadent. Ac tametſi (quod nequaquam tamen arbitror) à Tirone, qui epiſtolas in uolumen redegit, in hoc eſſet erratum: non ab re tamen eſſe ducerem, temporum ordinem ſequi, illiusq; incuriæ ſubuenire. nam alioqui conſequentia hæc literarum magnũ ad ſenſus perceptionem momentum habet. Vel in ea ipſa, quã diximus poni primam debuiſſe, Poſtquam cibum cepiſti: nõ eſt, cum iam ſtomachum receperis, ut uoluit interpres, id quod tractum temporis requirit, non ſesquidiem, cum ad quartum nonas Nouembr. diſceſſerit à Tirone Cicero, ad tertium uero has dederit: ſed ubi cibum ſumpſeris. ⸢Quãdo non cõtingit) Contigit, alii rectius. BERN. RVT.

ASCENSIVS. MAgnæ nobis &c. Oſtendit quantæ ſolicitudini ſibi ſit ualetudo Tironis, Cuius abſentis deſiderio ſe uehemẽter moueri dicit. Ordo eſt. Valetudo tua ẽ nobis magnæ ſolicitudini, Nã tametſi qui ueniũt. ſ. Patris, nuntiant, μὲν, i. quidẽ ἀκίνδυνα. i. periculo carẽtia, δὲ. i. aũt, χρονιώτερα. i. longioris tẽporis. ſeu diuturniora ſup. eſſe nũc nauigandi negocia.

⸿TAMEN

ASCENSIVS. ¶ TAMEN ingens ſolicitudo eſt in magna conſolatione quòd ſine piculo ſint, ſi is eſt diutius abſuturus a' nobis (loquitur de Tirone) cuius vſum: ideſt vtilitatem & ſuauitatem ſentimus: ſcilicet per imaginationem deſiderando. Attamen quanquam cupio tota cogitatione videre te, tamen rogo penitus ne committas te per totam hyemem longæ nauigationi & viæ niſi bene firmum, ne ue: ideſt vel ne nauiges niſi explorato, ſcilicet mari. Frigus vix vitatur in ipſis tectis & oppidis in valetudine ſupple ente firma, nedum: id eſt ne dicam quòd ſit facile, abeſſe ab iniuria temporis in mari & uia. Vbi notandũ nedum poni cũ vna negatione, negatiue, ψύχος pſychos. i. frigus, δὲ: ideſt autem λεπτῷ, ideſt maculento χρωτὶ, ideſt corpori ſupple ἐςὶ, ideſt, eſt, πολεμιώτατον inimiciſſimum, aut maxime hoſtile, inquit Euripides, cui, ſcilicet Euripidi, neſcio quãtum tu credas. Ego certe puto ſingulos verſus eius ſingula teſtimonia, ideſt ex animi iudicio prolatos, vt dum iurati teſtimonia damus, quæ vera iudicamus dicimus. Effice ſi diligis me vt valeas, & vt venias ad nos quamprimum, ideſt ſtatim, aut primo quoque tempore firmus & valens. Ama nos: & Vale. Q uintus frater, ſcilicet meus dicit tibi plurimam ſalutem.

tamen in magna conſolatione ingens ineſt ſolicitudo, ſi diutius a' nobis abſuturus es, is, cuius uſum, & ſuauitatem deſiderando ſentimus. attamen quanquam uidere te tota cogitatione cupio: tamẽ te penitus rogo, ne te tam longæ nauigationi, & uiæ per hyemem, niſi bene firmum, committas, ne'ue nauiges niſi explorate. uix i ipſis tectis, & oppidis frigus infirma ualetudine uitatur, nedum in mari, & uia ſit facile abeſſe ab iniutta temporis. * ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον, inquit Euripides. cui tu quantum credas neſcio: ego certe ſingulos eius uerſus, ſingula teſtimonia puto. effice, ſi me diligis, ut ualeas, & ut ad nos firmus, ac ualens quamprimum uenias. Ama nos, & uale. Q. F. tibi ſalutem plurimam dicit.

*. i. frigus aũt tenui cuti inimiciſſimũ

VICTORIVS

MAgnæ nobis eſt ſolicitudini, &c.) Nos ſecuti antiquorum codicum fidẽ, qui in hoc omnes conueniebant, hanc epiſtolam Q. Ciceroni reſtituimus. nam etſi quaſdam coniecturas, quæ id confirmarent adferre poſſemus, ſatis eſſe putauimus librorum vetuſtatem, teſtimonium, vt ſuum vnicuique reddatur. Q uod autem in cunctis impreſſis antè legebat. {Q. Frater tibi Sal. dic.} nos cum iiſdem codicibus ſcripſimus {Q. F. tibi Salu. dicit} F. autem, filium ſignificare non fratrem, nemo eſt q neſciat.

SEBAS. CORR. ¶ T. Cicero) Al. Q. Cicero: Itaq; legendum eſt. ¶ Aνόσηνε μὲν, χρονιώτερα δὲ.) ſtuta quidem, ſe diuturniora. ¶ ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον) frigus autem tenui cuti infeſtiſſimum. ¶ Q. frater.) Q. F. hoc eſt, Q uintus filius, deſcribendum fuit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Itineris deſcriptio, reliqua hortatoria ſunt ad valetudinem.

TVLLIVS, ET CICERO TIRONI SVO. S. P. D. 9

NOs a' te, ut ſcis, diſceſſimus ad. IIII. Non. Nou. Leucadem uenimus ad. VIII. Id. Nou. ad. VII. Actium. ibi propter tempeſtatem ad VI. Id. morati ſumus. inde. V. Id. Corcyram belliſſime nauigauimus. Corcyræ fuimus uſque ad. X V I. Cal. Decẽb. tempeſtatibus retenti ad. XV. Cal. a' portu Corcyræorum ad Caſſiopen ſtadia. C X X. proceſſimus. ibi retenti uentis ſumus uſque ad. IX. Calen. interea qui cupide profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. nos eo die cœnati ſoluimus. inde auſtro leniſſimo, cœlo ſereno, nocte illa, & die poſtero in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus, eodemq; uento poſtridie (id erat ad. VII. Calen. Dec) hora quarta Brunduſium uenimus: eodemq; tempore ſimul nobiſcum in oppidum introiit Terentia, quæ te facit plurimi ad. V. Calen. Dec. ſeruus Cn. Plãcii Brũduſii tandem aliquando mihi a' te expectatiſſimas literas reddidit, datas Idib. Nou. quæ me moleſtia ualde leuarunt: utinã omnino liberaſſent. ſed tamẽ Aſclapo medicus planè confirmat propediẽ te ualẽtem fore. nunc quidẽ ego te, hortor, ut omnẽ diligentiã adhibeas ad conualeſcendum. tuam prudentiã, tẽperantiam, amorem erga me noui. ſcio te oia facturum, ut nobiſcum quãprimum ſis. ſed tamen ita uelim, ut nequid properes, ſynphoniam Lyſonis uelum uitaſſes, ne in quartã hebdomadã incideres:

ASCENSIVS. NOs &c. Exponit omnẽ rationem ſuæ nauigationis & viæ Brunduſium vſque deinde hortatur ad valetudinem curandam, & vt cautus ſit in nauigando cum Meſcinio ſi poteſt. Ordo eſt. Nos diſceſſimus a' te vt ſcis, ad. 4. Nonas. Nouembris. nos venimus Leucadem, ideſt ad eam partem Epiri ad. 8. Idus Nouemb. & venimus Actium ideſt ad illud oppidum ſeu promontorium Epiri ad. VII. ſcilicet Idus Nouemb. nos morati ſumus ibi. Inde nauigauimus belliſſime Corcyram ad. 5. Idus. Fuimus Corcyræ vſque ad. X V I. Calen. Decemb. recẽti tempeſtatibus: ideſt ventis aduerſis & proceſſimus ad. 12. Calen. Decemb. in portum Corcyræorum ad Caſſiopen: locus eſt iuxta portum, ſtadia centum viginti. Nos retenti ventis fuimus ibi vſque ad. 9 Calen. ſ. Decẽb. Interea multi qui profecti ſunt, ideſt diſceſſerunt cupide: ideſt nimis cito propter cupiditatem, fecerunt naufragia. nos cœnati eo die, ſcilicet 9. Calen. ſoluimus, ſcilicet retinacula nauium, ideſt diſceſſimus nauigio, inde peruenimus ludibũdi, ideſt aſſidue ludentes, auſtro, ſcilicet uento, leniſſimo cœlo ſupp. ente ſereno illa nocte, & die poſtero in Italiam ad Hydruntem oppidũ in finibus Italię, quod Strab. appellat vrbiculam, retinet tamen priſcum nomen, & poſt paucos adhuc annos à Turcis receptum eſt, & venimus eodem vento, ſcilicet auſtro. poſtridie, id erat. 8. Calen. Decembr. hora. 4. Brunduſium: oppidum illud cum portu Italiæ, & Terentia, ſcilicet vxor, introiit eodem tẽpore nobiſcum in oppidum, quæ, ſcilicet Terentia, facit, ideſt æſtimat te, plurimi, Seruus Cn. Planci reddidit mihi tandem aliquando, ad. V. Calen. Decemb. omnia, repetit tandem aliquando, ad. V. Cal. &c. vt deſiderii ſui uim explicet Brunduſii literas à te. ſ. acceptas, expectatiſſimas, ſcilicet mihi datas, ſcilicet à te, Idibus Nouem. quæ ſcilicet literæ leuarunt pro leuauerunt, ideſt deonerauerũt me valde moleſtia, ſcilicet animi: vtinam liberaſſent me omnino. Sed tamen Aſclapo medicus, confirmat: ideſt aſſerit planè te fore propediem valentem: ideſt fortem, & ſanum. Q uidem: ideſt certe aut præcipue nunc adhortor te vt habeas omnem diligentiam ad conualeſcendum. Ego noui prudentiam tuam, temperantiam, & ſupple amorem: ſcilicet tuum erga me. Scio te facturum omnia: ſcilicet quæ facta oporteat, vt ſis quàm primum: id eſt valde cito, nobiſcum. Velim ſupp. vt vitaſſes ſymphoniam: ideſt concentum & cætera oblectamenta Lyſonis: ideſt ad quæ Lyſo te inuitauit & induxit, ne incideres in quartam hebdomadam: ideſt quartum ſeptenarium: ſcilicet dierum à febri numerum, hoc eſt vt opinor in eam febris ſpeciem quam quartanã vocant, de qua in ſequenti epiſtola.

ASCENSIVS. ¶ SED quando maluiſti obſequi pudori tuo, non audendo refragari petitioni Lyſonis, quàm valetudini: ſcilicet bonæ: hoc eſt ſoſpitati. cura reliqua: id eſt quæ reliqua ſunt, ne, ſcilicet in grauiorem morbum recidas. Ego miſi: id eſt per epiſtolam ſignificaui Curio, vt honos haberetur Medico, & daret tibi quod opus eſſet: ſcilicet habere, & ſupple miſi: id eſt ſignificaui me curaturū ſupple reddere cui iuſſiſſet: ſcilicet reddere. Ego reliqui tibi, id eſt ad vſum tuum Brunduſii, equum & mulum: ſcilicet vt eis in reditu vtaris. Ego vereor ne magni tumultus: ſcilicet ciuiles ſint Romæ ex Calen. Ianu. i. ex ſenatuſconſultis quæ tunc fient. Nos agemus omnia modice, ne: ſcilicet alteri partiū inuiſi ſimus. Reliquum eſt vt rogem te hoc, & petā à te ne nauiges temere: id eſt inconſulte. Nautæ ſolent feſtinare: id eſt ante quam bona ſit tempeſtas ſoluere, cauſa quæſtus: id eſt lucri ſui. O mi Tiro ſis cautus. Mare magnum & difficile reſtat tibi: ſcilicet adhuc nauigādum. Si poteris ſupple nauigare cum Meſcinio: ſcilicet quæſtore, ſupple nauiga cū eo, quia is ſolet nauigare caute. Si minus: id eſt ſi non poteris, ſupp. nauigare cum eo, nauiga cum aliquo homine honeſto, cuius authoritate nauicularius: id eſt gubernator nauis moueatur. Si tu adhibueris omnem diligentiā in hoc, & feceris te incolumem nobis, ego habebo à te omnia: ſcilicet quæ peto. O noſter Tiro, vale etiam atq; etiam. Ego ſcripſi diligentiſſime de te Medico, Curio, & Lyſoni. Vale & ſalue.

ſed quando pudori tuo maluiſti obſequi, quàm ualetudini, reliqua cura. Curio miſi, ut medico honos haberetur, & tibi daret, quod opus eſſet. me, cui iuſſiſſet, curaturum. equum, & mulum Brunduſii tibi reliqui. Romæ uereor ne ex Calen. Ianua. magni tumultus ſint. nos agemus omnia modice. Reliquum eſt, ut te hoc rogem, & à te petam, ne temere nauiges. ſolent nautæ feſtinare quæſtus ſui cauſa. cautus ſis mi Tiro. mare magnum, & difficile tibi reſtat. ſi poteris, cum Meſcinio (caute is ſolet nauigare) ſi minus, cum honeſto aliquo homine, cuius authoritate nauicularius moueatur. in hoc omnem diligentiam ſi adhibueris, teq; nobis incolumem præſtiteris, omnia à te habebo. Etiam atque etiam noſter Tiro uale. Medico, Curio, Lyſoni de te ſcripſi diligentiſſime. Vale, ſalue.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Eiuſdem argumenti niſi quod in fine narrat quid in vrbe fiat, quæq; pericula vrbi immineant.

TVLLIVS, ET CICERO, TERENTIA, TVLLIA, Q. Q. TIRONI S. P. D. 10

ETſi opportunitatem operæ tuæ omnibus locis deſidero, tamen non tam mea, q̄ tua cauſa doleo te non ualere. ſed quando in quartanā cōuerſa uis eſt morbi: ſic enim ſcribit Curius: ſpero te diligentia adhibita etiam firmiorem fore. modo fac id, quod humanitatis tuæ eſt, neq; aliud cures hoc tēpore, niſi ut quamcōmodiſſime conualeſcas. non ignoro, quantū ex deſiderio labores. ſed erunt oīa facilia, ſi ualebis. feſtinare te nolo, ne nauſeæ moleſtiā ſuſcipias æger, & periculoſe hyeme nauiges. Ego ad Vrbem acceſſi prid. Non. Ian. obuiā mihi ſic eſt proditū, ut nihil fieri potuerit honoratius. ſed incidi in ipſam flāmā ciuilis diſcordiæ, uel potius, belli:

VICTORIVS

AD Caſſodem) Veuſta exemplaria Caſſiodem) Nos erratum vnius literæ in illis eſſe exiſtimauimus, & (Caſſiopē) reſtituimus: de quo portu Strab lib. 7. ἐν τούτῳ δ' ἐστὶ τῷ διαστήματι πάνορμός τε λιμὴν καὶ μέγας ἐν μέσοις τοῖς κεραυνίοις ὄρεσι, καὶ μετὰ ταῦτα ὄρχιμος ἄλλος, καθ' ὃν τὰ δυσμικὰ ἄκρα τῆς κερκυραίας ἀντίκειται, καὶ πάλιν ἄλλος κασσιόπη ἀφ' οὗ ἐπὶ βρεντέσιον χίλιοι ἑπτακόσιοι στάδιοι· οἱ δ' ἴσοι ἐπὶ τάραντα ἀπὸ ἄλλου ἀκρωτηρίου νοτιωτέρου τῆς κασσιόπης ὃ καλοῦσι φαλακρόν. Plinius etiam libro quarto. cap. 12. Inſulæ autem ex aduerſo Theſprotiæ à Buthroto. XII. ∞ paſſ. eadem ab Acroceraunis L. ∞ cum vrbe eiuſdem nominis. Corcyra liberæ ciuitatis & oppido Caſſiope temploq; Caſii Iouis paſſ. LXXXXVII. in longitudine patēs. Sed & A. Gellius in initio libro. 21. Nauigabamus à Caſſiope Brunduſium.

PAVL. MANV. ¶ CASSIOPEN) Antea Caſſoden. nos ex Plynio & Strabone Caſſiopen reſtituimus. etſi hunc quoq; locum alii ſibi vendicarunt tribus annis poſtquam nos impreſſimus.

SEBAS. CORR. ¶ A portu Corcyræorum ad) Al. in portum Corcyræorū, & ad. ¶ Caſſiopen) ita quoque vocant. ¶ Symphoniam) cōcentum omnes interpretantur: ſed alii ad conuiuium, alii ad venam ferunt: quaſi venam Lyſo Tironi tetigiſſe. Nos tantū dicimus in duobus veteribus libris aliter legi: in altero quidem, Symphoniam, vt forte ſcribi poſſit συμπωσίην. in altero autem, Scis quoniam, vt omnino ad quendam potius laborem, quàm ad voluptatem accomodandum videatur. ¶ Vitaſſe) Al. mutaſſes. ¶ In quartam hebdomadam) Medici eos dies, quos κρισίμους vocant, in hebdomadas contrahunt: quarum hic quartam dici potius arbitror, quàm quod quidam putarūt, unam ex illis duodecim hebdomadibus, qbus in libris Hetruſcis fatalem hominis ætatem deſcribi Varro commemorat. qua in re Cælius Calcagninus Ferrariæ decus, atque adeò Italiæ à me non diſſentiebat. ¶ Curaturum) Romæ tantum pecuniæ, quantum mihi ea penſum tuliſſet. ¶ Magni tumultus) Cæſaris cauſa. ¶ Præſtiteris) Al. feceris.

BERN. RVT. ¶ EQVVM, & mulum Brunduſii tibi relinqui) Reliqui, malim ſcribere, neque enim iungitur cum ſuperioribus, vt voluit Clericus. Eſt autem miſi Curio, ſignificatum: ſcilicet, aut dictum, ut vulgo loquimur. ipſe ad Atticum: Tu mihi de Caninii naufragio quaſi dubia re miſiſti.

[redacted]

ASCENSIVS.

ETſi opportuni. &c. Primum dicit ſe magis laborare de valetudine Tironis eius cauſa quàm ſua, deinde iterum hortatur ad curandā valetudinem quæ in febrem quartanam conuerſa erat. Poſtea dicit ſe offendiſſe bella ciuilia Romæ triūphumq; ſuum dilatum cauſa Lentuli conſulis. Ordo eſt. Etſi, id eſt quanquam ego deſidero in omnibus locis opportunitatem: id eſt commoditatem tempeſtiuam operæ: id eſt operationis diligentis tuæ, tamen doleo non tam: id eſt tantopere cauſa mea, quàm id eſt quantopere cauſa tua. Sed quando: id eſt quoniam vis: id eſt violentia morbi cōuerſa eſt in quartanam. ſ. febrem (ſic enim Curius ſcribit) ſpero diligentia adhibita: id eſt poſt quam diligentia erit adhibita te fore: id eſt futurum etiam firmiorem, modo: id eſt ſolum modo fac, quòd eſt humanitatis tuæ, id eſt quod pertinet ad humanitatem tuam, qua te & me proſequeris: videtur enim ſibi non parcens in ſe humanus, vt Menedemus ille Terentianus ſeipſum crucians, hoc eſt ne cures hoc tempore aliud, niſi vt cōualeſcas quàm commodiſſime. Non ignoro quantum labores: id eſt labore & moleſtia afficiaris ex deſiderio: id eſt quia quantum deſideres mihi inſeruire, ſed omnia erunt facilia: ſcilicet tolerata ſi valebis: id eſt ſanus & firmus eris. Nolo te feſtinare. i. vt feſtines, ne æger ſuſcipias moleſtiam nauſeæ: ſcilicet ex aqua marina, & nauiges periculoſe hyeme: id eſt tempore hyemali. Ego acceſſi ad vrbem: ſcilicet Romam pridie Nonas Ianuarias. Proditum eſt obuiam mihi ſic, vt nihil potuerit fieri honoratius. Sed incidi in ipſam flammam: id eſt apertiſſimum incendium diſcordiæ ciuilis, vel potius belli.

ASCENSIVS.

¶C V I cuperem mederi: ideſt remedium afferre, & vt arbitror poſſem: ſcilicet mederi, cupiditates certorum hominum (nam ſunt ex vtraque parte qui cupiam purgare) fuerunt mihi impedimento. Et ipſe Cæſar amicus noſter miſerat minaces literas ad ſenatum, & erat adhuc impudens: ideſt ſine verecundia & pudore qui teneret exercitum & prouinciam ſenatu inuito. Et Curio meus, ſcilicet amicus. incitabat illũ, ſcilicet Cæſarem. Antonius quidem noſter & Caſſius profecti erant, ſcilicet cum hæc ſcriberẽ, ad Cæſarẽ cum Curione, nulla vi expulſi, quaſi dicat propria ſponte. Poſtea ſenatus dederat conſulib. prætoribus, tribunis plebis, & nobis qui ſumus proconſules negotium, vt curemus ne Reſpub. caperet quid, ideſt aliquid detrimenti, ciuitas nunquam fuit in maiore periculo. Ciues improbi, ideſt improbandi, quia contra Rempublicã ſentientes, nunquam habuerunt omnino ducem paratiorẽ, ſcilicet quàm nũc ſit Cæſar. Comparatur, ſcilicet exercitus, ideſt acquiritur quoque, ideſt etiam, ex parte ſcilicet noſtra, & Reipublicę. Id ſit authoritate & ſtudio Pompeii noſtri, qui cœpit timere Cæſarem ſero: ideſt nimis tarde. Senatus ſup. quamnis inter has turbas: ſcilicet cogeretur, tamen frequens, flagitauit: ideſt exegit nobis triumphum. Sed Lentulus conſul, quod: ideſt vt faceret beneficium maius: ideſt auctius quia difficilius ad quæſitum, dixit ſe relaturum: ideſt conſulturum, de triũpho noſtro, ſimulatque: ideſt ſtatim poſtquam expediſſet ea, quæ eſſent neceſſaria de Repub. Nos nihil agimus cupide, & eo: ideſt tanto aut propterea authoritate eſt, ideſt æſtimatur pluris. Regiones Italiæ ſunt deſcriptę quã partem quiſque tueretur: ideſt defenderet. Nos ſumpſimus Capuam: ſcilicet tuendam. Ego volui te ſcire hæc. Tu cura etiam atque etiam vt valeas, & mittas literas ad me quotieſcunque habebis cui des. Vale enam atque ẽt: ideſt iterum atque iterum. Datum pridie Idus. i. die qui præceſſit Id. Ian.

uel potius uitio ueteris illius ſcripturæ aliquantulum perturbatus: cum audiſſet ſenatus conſentientis authoritate arma ſumpta Coss. Prett. Tribb. nobis imperatoribus Remp. defendendam datã ita enim legendũ eſt, non (Nouis) ut nũc in omnibus impreſſis mendoſè legitur. Notum autem iã omnibus eſt, ueteres librarios nullo penè diſcrimine illis literis.

cui cum cuperem mederi, & (ut arbitror) poſſem, cupiditates certorum hominum (nam ex utraq; parte ſunt, qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt. omnino & ipſe Cæſar amicus noſter minaces ad ſenatum, & acerbas literas miſerat: & erat adhuc impudens, qui exercitum, & prouinciam inuito ſenatu teneret: & Curio meus illum incitabat. Antonius quidem noſter, & Q. Caſſius nulla ui expulſi, ad Cæſarem cum Curione profecti erãt. poſteaquã ſenatus Conſulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, & nobis, qui Proconſules ſumus, negotium dederat, ut curaremus, nequid Reſpub. detrimenti caperet: nunquam maiore in periculo ciuitas fuit: nunquam improbi ciues habuerunt paratiorem ducem. omnino ex hac quoq; parte diligentiſſime comparatur. id fit authoritate, & ſtudio Pompeii noſtri, qui Cæſarem ſero cepit timere. nobis inter has turbas ſenatus tamen frequens flagitauit triumphum: ſed Lentulus Cos. quo maius ſuum beneficium faceret, ſimul atq; expediſſet, quæ eſſent neceſſaria de Repub. dixit ſe relaturum. nos agimus nihil cupide: eoq; eſt noſtra pluris authoritas. Italiæ regiones deſcriptæ ſunt, quã quiſq; partem tueretur. nos Capuam ſumpſimus. hæc te ſcire uolui. Tu etiam atq; etiã cura, ut ualeas, literaſq; ad me mittas, quotieſcunq; habebis cui des. Etiam atq; etiam uale. Datum prid. Id. Ian.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Pericula diſſenſionum ciuilium narrat, & vt valetudinem curet petit.

TVLLIVS S. D. TIRONI SVO. II

QVo in diſcrimine uerſetur ſalus mea, & bonorum omnium, atq; uniuerſæ Reipub. ex eo ſcire potes, quod domos noſtras, & patriã ipſam uel diripiendam, uel inflammandam reliquimus. in eum locum res deducta eſt, ut, niſi quis Deus, uel caſus aliquis ſubuenerit, ſalui eſſe nequeamus. equidẽ ut ueni ad urbem, non deſtiti omnia & ſentire, & dicere, & facere, quæ ad concordiam pertinerent: ſed mirus inuaſerat furor non ſolum improbos, ſed etiã hos, qui boni habentur, ut pugnare cuperent, me clamante nihil eſſe bello ciuili miſerius. itaque cum Cæſar amentia quadam raperetur, & oblitus nominis, atque bonorum ſuorum, Ariminum, Piſaurum, Anconam, Aretium occupaſſet, urbem reliquimus, quàm ſapienter, aut quàm fortiter, nihil attinet diſputare. quo quidem in caſu ſimus, uides. feruntur omnino conditiones ab illo, ut Pompeius eat in Hiſpaniam: delectus, qui ſunt habiti, & præſidia noſtra dimittãtur: ſe ulteriorem Galliam Domitio, citeriorem Conſidio Noniano (his enim obtigerũt) traditurum: ad Conſulatus petitionem ſe uenturũ:

ASCENSIVS.

QVo &c. Exponit bellorum ciuilium ſeminaria dicens. Tu potes ſcire in quo diſcrimine ſalus mea & omnium bonorum, atque vniuerſa reſpu. verſetur, ex eo quòd reliquimus domos noſtras & patriã ipſam vel diripiendam vel inflãmãdam, aduentante enim Cæſare omnes fugerunt. Res eſt deducta in eum locum vt niſi quis: ideſt aliquis deus vel caſus aliquis ſubuenerit nequeamus eſſe ſalui. Equidem, ideſt ego quidem, vt veni ad vrbẽ, ſcilicet ex prouincia, non deſtiti & ſentire, & dicere, & facere omnia quæ pertinerent ad concordiam, ſcilicet Cæſaris & Pompeii. Sed mirus furor inuaſerat, ſcilicet præcordia aut lege, inarſerat, non ſolum improbis, ſed etiam iis qui habentur boni, vt cuperẽt pugnare, me clamante nihil eſſe miſerius bello ciuili. Itaque cum Cæſar raperetur quadam amentia, & oblitus nominis atque bonorum ſuorum, occupaſſet, Ariminum, Piſaurum, Anconam, Aretiũ nos reliquim⁹ vrbem, ſcilicet Romam, quàm, ideſt quantũ ſapienter aut quàm fortiter nihil attinet diſputare; ideſt diſcutere. Quo quidem & cætera. Ordo eſt. Quidem, ideſt certe. Eſt tamen explenua coniunctio plus ad ornatum quàm ad ſententiam faciens, tu vides, ideſt intelligis, in quo caſu nos ſimus. Conditiones, ſcilicet pacis, feruntur omnino ab illo, ſcilicet Cæſare, vt Pompeius eat, ſcilicet cum imperio, in Hiſpaniam, & ſupple delectus, ideſt militũ nouorũ ſcriptiones qui ſunt habiti: ideſt quæ iã ſunt factę, & præſidia noſtra, ideſt quæ impoſuimus vrbibus contra Cæſarem dimittantur, & ſupple offert, ſe traditurum Domitio Galliam vlteriorem, ideſt remotiorem ab Italia, & ſupple Conſidio Nouiano Galliam citeriorem, ideſt viciniorem, & quæ citra Alpes eſt. Enim, ideſt quia ſupple dictæ prouinciæ obtigerunt, ſcilicet ſorte his, ſcilicet duobus Domitio & Conſidio, & ſupple ſe venturum ad petitionem conſulatus.

VICTORIVS

POſteaquã Senatus Coss. Præt. Trib. pl. & nobis, qui Procos. ſumus) Præſidio huius loci emendatur alter in Oratione pro Deiotaro rege. qui cum eandem ſententiam haberet, negligentia librariorũ corruptus fuerat,

RECEN SISV.

NEQVE: ideſt & non, & ſupple dixit ſe non velle rationem, ideſt pium reſpectum ſui, ideſt de ſe aut in ſe haberi ſe iam abſente, & ſupple dixit aut obtulit ſe præſentem petiturum trinundinum, ideſt ſpatium trium dierum pro nundinis, ideſt dicendis & , ideſt nuntiandis nouis ſeu legibus ſeu feſtis populo ex agro in vrbem conuocato. Nos accepimus conditiones: ſcilicet oblatas à Ceſare, ſed ita vt remoueat præſidia: ideſt armatos milites ad cuſtodiam locorũ fortium impoſitos, ex his locis quæ occupauit, vt ſenat⁹ poſſit haberi Romæ, de iis ipſis conditionibus. Si ille, ſcilicet Cæſar fecerit id: ideſt amouerit preſidia, ſpes eſt pacis. Nõ enim leges ideſt conditiones pacis honeſtæ, ideſt ſenatui honorificæ imponuntur, ſcilicet à Cæſare quaſi iam tũc, domino, ſed quid vis eſt melius, ideſt quælibet conditio eſt melior quàm eſſe ſicut ſumus. Sin autem, ideſt ſed ſi, ille, ſcilicet Cæſar noluerit inſtare, ideſt uniti conditionibus ſuis, ſcilicet non aliter admittendo pacem bellum eſt paratum, tamen eiuſmodi, id eſt tale aut tam magnum cõtra Ceſarem, quod, ideſt quale aut quantum ſupple Ceſar non poſſit ſuſtinere: præſertim cum ipſe fugerit ideſt meticuloſe diſceſſerit à conditionibus ſuis, tãtummodo, ideſt eo ſolo dato. Vt intercludamus eum, ideſt ei facultatem præripiamus, ne poſſit accedere ad vrbem quod ſperabamus poſſe fieri, habebamus enim delectus magnos, & putabamus illum metuere ſi cœpiſſet ire ad vrbẽ, ſcilicet Romam, ne amitteret Gallias, ſcilicet vlteriorem, & citeriorẽ, quas ambas habet munitiſſimas: ſcilicet preſidiis ſuis, preter tranſpadanos, ſcilicet eos Gallos qui trans padum incolunt. Et ſex legiones, ſcilicet Romanorum, & magna auxilia, ſcilicet ſociorum, videtur haberi à tergo, ſcilicet Cæſaris, ideſt vt inſtent illi à tergo ex Hiſpania, Afranio, & Petreio ducibus, quos tamẽ Cæſar ad deditionem compulit, ſi ſupple Cæſar inſaniet: ideſt temere omnia audebit, ſupple videtur poſſe opprimi, modo, ideſt dũmodo id fiat vrbe, ſcilicet ſalua. Autem, id eſt ſed Cæſar ſupple accepit maximam plagam, ideſt maximum incommodum, quòd is videlicet Titus Labienus qui habebat ſummam authoritatẽ in exercitu illius, noluit eſſe ſocius ſceleris eius, ſcilicet in patriam incepti, ſed ſupple reliquit illum & eſt nobiſcum, & multi, ſcilicet alii boni viri, dicuntur facturi eſſe idem, ideſt relicturi illum. Ego præſum, ideſt protectioni ſum adhuc oræ maritimæ, ideſt regioni ad mare iacenti, à Formiis, nullum, id eſt non vllum, non volui ſuſcipere vllum negotium maius, quo, ideſt vt literæ & cohortationes meæ ad pacem, valerẽt plus apud illum ſcilicet Cæſa. Sin autem, ideſt ſed ſi bellum erit, ego video me præfuturum caſtris & certis, ideſt quibuſdam legionibus. Ego habeo etiam illam moleſtiam, ideſt cruciatum animi, quòd Dolabella noſter, quia gener Cicero. eſt apud Cæſa. Ego volui hęc eſſe nota tibi. quæ caue ne perturbent te, & impediant valetudinem tuam. Ego commendaui te diligentiſſime Aulo Varroni, ſcilicet Patris agenti quem cognoui cum, ſcilicet ita ſit quòd amantiſſimũ mei, tum etiam valde ſtudioſum tui, ideſt tibi optime volentẽ; vt haberet rationem, &, ideſt ſimul valetudinis tuæ, & nauigationis, & ſuſciperet, ideſt in cuſtodiam ſuam aſſumeret ac tueretur te totum, quẽ ego confido facturum omnia. Enim, ideſt quia, ipſe recepit; ideſt ꝓmiſit & locutus eſt mecum ſuauiſſime. Tu quando, ideſt quoniam non potuiſti eſſe mecum eo tẽpore quo ego deſideraui maxime operã .i. diligentiam laborem & fidelitatem tuam, caue ſup. ne feſtines, aut cõmittas, vt nauiges, aut æger, aut hyeme. Ego nũquam putabo te veniſſe ſero, ideſt nimis tarde ſi veneris ſaluus. Ego neminem viderã adhuc, ſcilicet cum hæc ſcriberẽ qui vidiſſet te poſteaquã M. Voluſius ſup. vidit te, à quo accepi literas tuas. quod non mirabar. Neq; enim puto meas literas perferri, ideſt ad finem vſque ferri ad te, tanta hyeme, ideſt tempeſtate procelloſa durante. Sed da operam vt valeas, & ſi valebis, id eſt ſanus eris, nauiges tum, id eſt tunc, cum, ideſt quãdo poterit nauigari recte, ideſt ſine periculo. Cic. meus, ſcilicet filius erat, ſcilicet cũ has ſcriberẽ, in Formiano, ſcilicet villa noſtra Formiana. Terẽtia, ſcilicet vxor, & Tullia, ſcilicet filia ſupple erant Romæ. Cura vt valeas. Datũ ſupple è Capua. IIII. Calend. Febr.

*alĩs, pacis. non .n honeſtæ leg.

neque iam uelle abſentis rationem haberi ſui: ſe præſentem trinundinum petiturum. accepimus conditiones, ſed ita, ut remouear præſidia ex iis locis, quæ occupauit, ut ſine metu de iis ipſis conditionibus Romæ ſenatus haberi poſſit. ille ſi fecerit, ſpes eſt *pacis, non honeſtæ (leges enim imponuntur) ſed quiduis eſt melius, quàm ſic eſſe, ut ſumus. ſin autem ille ſuis cõditionibus ſtare noluerit, bellum paratum eſt, eiuſmodi tamen, quod ille ſuſtinere non poſſit, præſertim cum à ſuis conditionibus ipſe fugerit, tantummodo ut eum intercludamus, ne ad Vrbem poſſit accedere: quod ſperabamus fieri poſſe: delectus enim magnos habebamus, putabamusq; illum metuere, ſi ad Vrbẽ ire cœpiſſet, ne Gallias amitteret, quas ambas habet inimiciſſimas, præter tranſpadanos. ex Hiſpaniaq;, ſex legiones, & magna auxilia, Afranio, & Petreio ducibus, habet à tergo. uidetur, ſi inſaniet, poſſe opprimi, modo ut Vrbe ſalua. maximam autem plagam accepit, quòd is qui ſummam authoritatem in illius exercitu habebat, T. Labienus, ſocius ſceleris eſſe noluit, reliquit illum, & nobiſcum eſt: multiq; idem facturi eſſe dicuntur. Ego adhuc oræ maritimæ præſum à Formiis. nullum maius negotium ſuſcipere uolui, quo plus apud illũ meæ literæ, cohortationesq; ad pacem ualerent. ſin autem erit bellum, uideo me caſtris, & certis legionibus præfuturum. habeo etiam illam moleſtiam, quòd Dolabella noſter apud Cæſarem eſt, hæc tibi nota eſſe uolui: quæ caue te perturbent, & impediãt ualetudinem tuam. Ego A. Varroni, quẽ tum amãtiſſimum mei cognoui, tum etiam ualde tui ſtudioſum, diligentiſſime te commendaui. ut & ualetudinis tuæ rationem haberet, & nauigationis, & totum te ſuſciperet, ac tueretur: quem omnia facturum cõfido: recepit enim, & mecum locutus eſt ſuauiſſime. Tu quando eo tempore mecum eſſe non potuiſti, quo ego maxime operam, & fidelitatem deſideraui tuam, caue feſtines, aut committas, ut aut æger, aut hyeme nauiges. nunquam ego ſero te ueniſſe putabo, ſi ſaluus ueneris. adhuc neminem uideram, qui te poſtea uidiſſet, quàm M. Voluſius, à quo tuas literas accepi: quod non mirabar: neque enim meas puto ad te literas tanta hyeme perferri. ſed da operam, ut ualeas: &, ſi ualebis, cum recte nauigari poterit, tum nauiges. Cicero meus in Formiano erat, Terentia, & Tullia Romæ. Cura ut ualeas. IIII. Calend. Febr. Capua.

VICTORIVS.

SEd mirus inuaſerat furor nõ ſolum improbos) Nos hic vulgatam, receptamq; lectionem non mutauimus, priſca tamẽ exemplaria ab ea diſſentiũt: quorũ lectionẽ à recẽtiorib⁹ Grãmaticis repudiatã fuiſſe, ob idq; hinc deletã exiſtimo. Non ſum autem illam ego contra hos reſtituere auſus: nec tamen committere volui, vt huius locutionis exemplum è Latina lingua extinguatur, ſi forte doctioribus probaretur. Quare rectum me facere putaui, ſi hic eam adnotaſſem. Scias igitur optime lector { Improbis } tertio multitudinis caſu in illis legi. Quia non facile credas librariorum negligentia accidiſſe:

quod

quod ſequitur, eadem ratione in illis legitur {Sed etiam his} non: Hos} accuſandi caſu, vt in reliquis libris. Vix autē veriſimile eſt imperitos librarios temere in ambobus locis lapſos. Nos tam nouam, & noſtris auribus inauditam ſtructuram verborum recipere, & probare auſi non ſumus: nec tamen culpam mereri nobis videmur, quòd hanc rem, quantulacunque eſt, admonere non piguit. Quicquid de hoc ſtatuent elegantiores, & eruditiores viri, nos libenter ſequemur. ❡ Itaq; habui noctem plenam timoribus ac miſeriis) Sic omnes vulgati libri tam magno conſenſu, vt noſter etiam communem culpam ſuſtineat. vt verum enim fateamur parum in hoc ipſo vidimus. Quod tamen tunc peccati cum aliis admiſimus, nunc omnino reiecimus, authoresq; vnicuiq; ſumus, vt noſter etiam liber caſtigetur, cum antiquisq; concordare cogatur, qui rectam lectionem retinent: ſic enim legunt. Itaque habui noctem plenam timoris: ac miſeri⁹ tuis literis nihilo ſum factus certior &c. Vt meo iudicio ſic prorſus legi, & intelligi debeat, duo accidiſſe quę maxime Ciceronem cruciarint, vnū Andricum poſtridie veniſſe, quàm expectarat, vt ſolicitus de valetudine Tironis, multaq; quæ nollet cogitans, noctē quæ interceſſit inter diem illum quo expectabat, & illum quo venit, plenam timoris habuerit. Alterum quod (miſerius) appellat, in literis Tironis, quas Andricus attulit, non ſcriptum fuiſſe quomodo ſe haberet, ſe tamen recreatum dicit. Cognouit enim & aduentu Andrici, & ipſius literis illum viuere: quare maiorem illum metum depulit, quem mora Andrici attulerat de morte ipſius; magnum tamē ei dolorem adportauit poſt ſolicitudinem, quam ea nocte habuerat non eſſe accuratè à Tirone certiorem factum quomodo ſe haberet. Quod ipſe miſeriam quandam ſuam, & infelicitatem putat. Noluimus hic amplius communem lectionem damnare, ne noſtrū iudicium vnà condamnemus, qui primo tam contaminatam, & fœdam ſcripturam non animaduertimus. veræ tantum & incorrupta collatio, quam beneficio priſcorum codicum nunc promulgamus, ſatis valet ad illam conuincendam. In hac ipſa epiſtola iidem codices Vmmium habent, vbi vulgati Mummium. quod nomen noſtri librarii corruperunt, quare corrigatur. Ne autem hoc nomen quia rarum eſt, amplius vt nouum repudietur, adſcribemus epitaphium quod Piſis in antiquo lapide vidimus: quo valde ſimile huic & quaſi ab eo deriuatum nomen legitur.

D. M.
VMMIDIAE CALE
FELICIO PATER
CALE MATER
MYRTILVS TATA
ET EROS CONIVX
FECER.
VIX. A. XVI. M. VIII. D. ЧEB. VIII.

❡ Tibi διαφόρησιν gaudeo profuiſſe) Hæc eſt vetus & ſyncera lectio {Tibi διαφόρησιν} &c. Quid ſit διαφόρησις, docet Galen⁹ lib. XIIII. Therapeutices, ca. de Iecoris inflāmatione, his verbis τοιαῦτα γοῦν ἡ μὲν ἀπὸ τῆς φλεγμονῆς ἔνδειξις τῶν ποιητέων ἐστὶ μία, καλοῦσι δ' αὐτὴν διαφόρησιν ἐκκενοῦσαν λόγῳ ἀδήλῳ τὸν ἐν τῷ φλεγμαίνοντι μορίῳ χυμόν. Latini digeſtionē aut euaporationem dixerunt. huiuſcemodi res non meum eſt hic longius declarare: ſunt enim medicorum vocabula, & ad eorum artem pertinet ea accuratius explicare. ſatis mihi fuit priſcam lectionem notam facere, & quam ea huic loco conueniat, oſtendere. (Ἀλυπίαν) Nos emendauimus ἀκοπίαν. adiuti ab antiquis exemplaribus: quid enim ἀλυπία poteſt ad bonam valetudinem? quæ vacuitas eſt doloris. nam quòd ſanitatem adiuuat lætitia animi delectatioq;, paulo poſt addit, τέρψιν dicendo. ἀκοπία aūt, idest vitatio immodicarum defatigationum, neceſſaria eſt ei qui ſanitatem tueri vult, κόποι enim, idest nimiæ defatigationes, febrim gignunt: vt rectè ἀκοπίαν poſuerit inter ea quæ bonam valetudinem conſeruant. Simpl. in Commentariis in Phyſica Ariſtotelis: τῷ μὲν ἰσχύος χάριν γυμναζομένῳ πλείω καὶ ὀξέα πονεῖν προσήκει τὰ συμφέροντα μὲν τὸ πυρέξαι τὴν ἀπὸ τύχης μένται, ἀλλὰ γὰρ ἀπὸ τῶν πλείστων τῶν ἀσυμμέτρων γυμνασίων κόπος ἐπιγίνεται, ἀπὸ δὲ τούτου πυρετός. ſed tam frequens eſt hoc verbum apud medicos & alios etiam bonos authores, vt nihil notius ſit. Remedia etiam quædam medici quæ defatigationes has ex nimiis laboribus ortas leuent, ἄκοπα appellant. ❡ Helluo nequisſimus ſeſtertia ducenta dabat & cæt.) Vetuſti libri ſic habent {Helico nequisſimus HS ꝏ dabat} Noſter tamen hic pro nota qua veteres mille ſignificabant. M. habet, cum nōdū typi illi, qui à nobis renouati ſunt, fabricati eſſent: aliis aūt locis ſemper vbi M. habebant vulgati codices, ꝏ in cunctis priſcis exemplaribus à nobis inuentam notam repoſuimus: neque ſolum in his vidimus epiſtolarum antiquis libris hoc ſemper ſeruatum eſſe, ſed etiam in Liuianis quibuſdam vetuſtisſimis exemplaribus quæ in Diui Marci bibliotheca ſeruantur: quod idem & M. Varronis in eadem bibliotheca miræ antiquitatis codex retinet, & Columellæ non negligenter ſcriptus à Nicolao Nicolo liber, quem olim Politianus viderat & laudat. Sed quid opus eſt hæc tam accuratè vel ambitioſè potius teſtimonia colligere? nullos vnquam vidi antiquiores codices, qui non ſemper loco millenarii numeri hanc notam retinerent. Non debuimus igitur licet omiſſam, & obſoletam rem contemnere: cum noſtrum totum ſtudium fuerit ad priſcam & genuinam ſcripturam hos libros reducere. nec enim caſtigare, aut emendare receptos Ciceronis codices volumus: ſed ope priſcorum exemplariorum importunas, & ineptas quorundam audaciorum caſtigationes eiicere, & delere: ſecuti conſilium Timonis Phliaſii, qui Diogene Laertio authore, ab Arato interrogatus quomodo ſyncerum, & integrum Homeri poema ſibi parare poſſet, reſpondiſſe fertur, ſi antiqua eius exemplaria ſibi propoſuiſſet, non quæ ab aliquo caſtigata iam eſſent. Cenſuit ille optimi iudicii vir, quo magis tractati eſſent, & caſtigati antiqui authores, eo magis contaminatos, inquinatosq; eſſe: iam tum enim vigebat hæc peſtis, quæ noſtris temporibus adeo peruagata eſt, vt omnes meliores libros fœdis maculis deturpatos habeamus. Eandem igitur notam renouauimus, vt quantum à nobis fieri potuit, vetuſtatem illam, & integritatem, quam ſummo noſtro labore deprehendimus, exprimeremus. Quomodo autem hæc nota conflata fuit, quia ſcimus eruditos quoſdam viros in hoc multum laboraſſe, nec tamen rem, vt erat, inuenire potuiſſe, ex Priſciano docebimus, qui in libello de ponderibus & menſuris id aperit, his verbis, Mille ſecundum Atticos per χ literam, ſed vt ſit differentia, ad X circunſcriptis lateribus (X) quod infra etiam tangit. Quā ſimile autem haberent Latini ſuum X (qua litera decem ſignificant) χ Græcæ literæ, declaratur maxime, quia id quod Græci χιάζειν ab hac litera formato verbo appellant, id ipſi à ſua itidem litera Decuſſare dicunt. Licet igitur hac ætate omnes mille numerum prima eius nominis litera deſcribāt, cum tamen antiquos potius hac nota vſos & antiqua omnia exemplaria, & non contemnendus Grammaticus doceant. non debuimus eorum libros aliter, quàm ipſis viſum ſit deſcribere. nam qui in ſuis libris morem vſumq; noſtri temporis potius ſequetur, nunquam à nobis reprehendetur. quemadmodum nos culpa digni non ſumus, ſi antiquos authores antiqua conſuetudine, & quæ vſque ad hæc ferè tempora durauit, ſcribimus. nam in multis etiam non ita antiquis iiſdem non ſic hi numeri deſignati ſunt. modeſtiores enim librarii tunc erant, & non omnia, quæ aliquem ſcrupulum habebant reiiciebant, quod poſteriores nimis audacter fecerunt. Quòd autem olim hanc notam non perciperent, intemperanter temereq; aliquis pro ipſa, ducenta ſcripſit: quod erratum in omnes codices inuaſit.

❡ SED Mirus inuaſerat furor, non ſolum improbos) Admonuimus olim Mediceum codicem, & alium item bonum {Improbis} habere, terno multitudinis caſu: & paulo poſt eadem ratione {His} nec tamen tanti mihi fuit authoritas illorum, vt ita ſcriberem, quamuis non ſine cauſa id factum eſſe exiſtimarim: animaduertimus poſtea optimos authores ita locutos eſſe. quare veterem omnino lectionem recipiendam cenſemus. citatur teſtimoniū Accii Meleagro, à Nonio Marcello in Vaſtities. Quæ vaſtitudo hæc, aut vnde inuaſit mihi? Itē Terētiu Varronis è IIII. lib. de vita pop. Rom. 1413. Tanta porrò inuaſit cupiditas honorū pleriſq;, vt vel cœlum Ex poſt. eiuſdem.

tuere, dummodo magiſtratus adipiſcantur, exoptent. Aliis etiam in locis apud eiidem, niſi memoria me decipit, veteres ſcriptores ita locuti eſſe reperiuntur, &(vt arbitror)exempla paſsim occurrerent, niſi omnia quæ contra certas quaſdam ipſorum regulas facerent, à recentioribus grammaticis temere deleta eſſent.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatoria, & nuncutoria.

TVLLIVS TIRONI S. 12

EGo uero cupio te ad me uenire: ſed uiã timeo. grauiſsime ægrotaſti: inedia, & purgationibus, & ut ipſius morbi cõſumptus es. graues ſolent offenſiones eſſe ex grauibus morbis, ſiqua culpa cõmiſſa eſt. iam ad id biduum, quod fueris in uia, dum in Cumanum uenis, accedent continuo ad reditum dies quinq;. ego in Formiano ad. III. Calend. eſſe uolo. ibi te ut firmum offendam, mi Tiro effice. literulæ meæ, ſiue noſtræ tui deſiderio oblanguerunt. hac tamen epiſtola, quam Acaſtus attulit, oculos paulũ ſuſtulerunt. Põpeius erat apud me, cum hæc ſcribebã. hilare, & libenter ei cupienti audire noſtra, dixi, ſine te omnia mea muta eſſe. tu muſis noſtris para ut operas reddas. noſtra ad diem dictã fient. docui enim te, fides * ἔτυμον quod haberet. fac planè ut ualeas. nos ad ſummum. Vale. XIIII. Calend.

SEB. COR. ¶IMPROBOS, ſed etiam hos) Al. improbis, ſed etiam hic. Inuado enim, & incedo, verba tertio quoque caſui veteres iungebant. ¶Honorum) Al. bonorum. ¶In Hiſpaniam) prouinciam ſuã. Proficiſcatur, inquit Cæſar, Pompeius in ſuas prouincias ipſi exercitus dimittantur, diſcedant in Italia omnes ab aemis, metus è ciuitate tollatur, libera comitia, atque omnis Reſpub. S. P. Q. R. permittatur. ¶Domitio) L. Domitio Aenobarbo. ¶Ad cõſulatus) ſecundi. ¶Trinũdinum) Al. trinum nundinum mos enim fuit candidatis, in comitium nundinis venire, & in colle conſiſtere, vnde corám poſſent ab vniuerſis videri, vt trinundino in ſuffragiis gratioſiores eſſent. ¶Vt remoueat præſidia) Hæc conditio Cęſari viſa eſt iniqua, ob idq; repudiata. ¶Leges enim imponũtur) quod vni Fauonio non placebat. ¶Stare noluerit) Al. inſtare noluerit. ¶Tranſpadanos) præſertim Nouocommenſeis, quos Cæſar non multo ante colonos deduxerat. ¶T. Labienus) Epiſt. XIIII. lib. XIIII. ¶Oræ maritimę) Epiſt. ſuperiore. ¶Reliquit illũ) Cęſarem. ¶A. Varroni) Is eſt, quem ſcribit Cæſar lib. III. de Bello ciuili, ad colloquium pro Pompeianis venturum fuiſſe, niſi à Labieno res impedita fuiſſet.

*.i.notationem.

BERN. RVT. ¶ID Ille ſi fecerit, ſpes eſt pacis: non enim honeſtæ leges imponũtur) Manu ſcripti quidam codices rectè: Spes eſt pacis, non honeſtæ. leges enim imponuntur.

¶QVO In diſcrimine) Narratio de diſſenſione ciuili, & de periculis ex illa diſcordia metuendis. ¶Tu quoniam eo tempore) Petitio in fine addita, vt valetudinem curet.

ASCENSIVS. EGo &c. Scripſerat Tiro ſe venturum, modo Cic. id cuperet, ad qđ reſpondet: Ego vero. i. veraciter, cupio te venire ad me. ſed timeo viam: ideſt onera viæ. tu ægrotaſti grauiſsime. conſumptus: ideſt exhauſtus es inedia: ideſt abſtinentia à cibo, & purgationibus, & vi ipſius morbi. offenſiones ex grauibus morbis: ideſt poſt graues morbos, ſolent eſſe graues. Siqua: ideſt aliqua culpa commiſſa eſt: ſcilicet poſt morbum. dies quinq; accedent iam continuo ad reditum: ideſt priuſquam redieris, ad id biduum quod fueris in via. dũ: ideſt donec. veneris: ideſt potueris venire. in Cumanum: ideſt in villam Cumanam. Ego volo eſſe in Formiano: ſupple vſq; ad. III. Calend. ſcilicet ſequentis menſis. effice ò mi Tyro, vt offendam: ideſt inueniam te ibi firmum: ideſt valentẽ. Literulæ meæ, ſiue noſtræ: idest communia studia. oblãguerunt deſiderio tui. tamen ſuſtulerunt: idest erexerunt paululum oculos hac epistola, quam Acastus attulit. Pompeius erat apud me cum ſcribebam hæc, ego dixi ei cupienti hilare, & libenter audire nostra: ſcilicet ſcripta. omnia mea eſſe muta ſine te. para vt reddas muſis nostris operas: idest ſolitas lucubrationes. Nostra dicta: idest promiſſa. fient ad diem: ſcilicet statutum, docui enim te quod ἔτυμον: idest interpretamentum veræ ſignificationis haberet fides. de qua in primo offic. dicitur, quod fiat dictum. non ergo legendum ἕτοιμον. Fac vt valeas planè: idest plene. Nos: ſupple valemus ad ſummum: idest optimam valetudinem.

VICTORIVS.

NOſtra ad diem dictam fient) Modus loquẽdi ſumptus à Græcis, illi enim ἐς ῥητὴν ἡμέραν. Vtuntur eo ſæpe Romanarum rerum Græci ſcriptores. Plutarchus, Dion, Appianus. Terentius, Ad præſtitutam diem, inquit: quemadmodũ etiam ſæpe Cicero, qui ad præfinitam quoq; dixit. Plutar. in Cæſare, ἐὰν ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ, μὴ καταθῆται τὰ ὅπλα. Appianus in Libycis, de Scipione, qui primus Africanus eſt appellat[9], σπονδὰς δ᾽ αὖ τριακονθημέρους καταγράψας αἰδουμένους, ἐπὶ λύσιν δ᾽ αὐτῶν ἐς ἡμέραν ῥητήν. Dion libro XXXXVII. de Dolabella poſt Trebonii cædem, καὶ ταῦτα συνθέμενοι ῥητὴν ἡμέραν ἐς ἔκλειψιν τῆς φιλίας αὐτοῦ προεῖπον. Et militibus certam diem præfinierunt, intra quam illis fraudi non eſſet, ſi à Dolabella diſceſsiſſent. ¶Quo quidem comitatu ἀφωμίλησε, ſatis ſcis) Locus obſcurus, & fortaſſe deprauatus, nullam in priſcis exemplaribus varietatem inueni. nam quod paulò antè dixit doctrinam fidelem, non incommode dici poſſe, & eſſe tranſlationem quæ ferri poſsit. Ipſe ea vſus eſt cum de Oratore inquit, & habeas qui docere fideliter poſsis.

SEB. COR. ¶POMPEIVS) Niſi Pomponius legatur, hæc epiſtola antè, quàm in Ciliciam Cicero proficiſceretur, ſcripta fuerit neceſſe eſt. nam à Cic. reditu ex Cilicia ad Pompeii diſceſſum ex Italia, nec Tiro in Italia fuit, nec Pompeius animo ita tranquillo, vt Ciceronis ſcripta audire cupierit: vel certe alius Pompeius ſignificabitur. ¶Noſtra ad diem dictam fient) Al. ad diem dicta fiant: vt quaſi ex his oſtendat, quod ἔτυμον fides habeat, quæ dicta ſit, quòd fiant dicta. ¶Ἔτυμον.) ἐτυμολογίαν hoc eſt, notationem, ſic enim Cicero mauult, quàm veriloquium transferre. Nos ad ſummum vale. 9. Calen. Ianu.) Al. Nos ad ſummus. Vale XIIII. Cal.

BERN. RVT. ¶DOCVI Enim te, fides etymõ quod haberet) Quidã Etipon. Non probo. Fidem à fio dictam ſentire innuit quod & Officiorum libro primo teſtatum reliquit. interpres quoque fallitur. Ego vero ne hic quidem temporis ordinem arbitror in digerendis epiſtolis ſeruatum, hancq;, & quæ ſequitur, ſuppoſitis duabus poſtponendas. Nam quod hic dies aſcripta eſt XIIII. Calend. Ian. deprauatus codex, quod iam ſuperioribus duabus epiſtolis ſe pridie Nonas Ian. Romam veniſſe ait, cum etiam tum Patris, aut certe in nauigatione eſſet Tiro, quem hac epiſtola iam attigiſſe Italiam demonſtrat. Poteſt igitur æſtimari, legendum'ne ſit XIIII. Calend. Iunii, vt duodecima ſit, quæ incipit: Omnia à te. quæ habet diem quartum Idus Aprilis. tertiadecima, Andricus poſtridie, quæ tertium. decimaquarta, Aegypta ad me venit. decimaquinta hæc, de qua agimus, niſi vero inſequentis anni Ianuarium intelligas. Nam alioqui & ad Atticum literis, quas circa Idus Aprilis dederat, nondum veniſſe in Italiam Tironem ſignificat, & quas poſtridie Idus, ac primum de reuerſo Tirone loquitur primis literis libro XII. circa ſcilicet ſubſequuti anni Septembrem. Quare, ſi pro Pompeio Pomponius legeris in eadem hac, cuius initium, Ego vero, rectè mea ſententia locum reſtitueris, propter: ſcilicet mortuum ante Pompeium Magnum. Itaque eas deinceps epiſtolas propoſitis numeris accipiemus: vt tamen in eadem (de qua agimus) pro Mutaſſe, muta eſſe (quod in aliis exemplaribus legitur) ſeponas.

Aegypta

GIBERTI LONGOLII LEMMA.
Nunciatoria, & hortatoria.

TVLLIVS TIRONI S. 13

AEgypta ad me uenit prid. Id. Apr. is etſi mihi nunciauit te plane' febri carere, & belle habere: tamen, quo'd negauit te potuiſſe ad me ſcribere, curam mihi attulit, & eo magis quo'd Hermia, quem eodem die uenire oportuerat, non uenerat: incredibili ſum ſolicitudine de tua ualetudine: qua ſi me liberaris, ego te omni cura liberabo. plura ſcriberem, ſi iam putarem libenter te legere poſſe. ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi. tibiq; conſeruandum. cura te etiam atq; etiam diligenter. Vale. Scripta iam epiſtola: Hermia uenit. accepi tuam epiſtolam uacillantibus literulis: nec mirum, tam graui morbo. Ego ad te Aegyptam miſi, quo'd nec inhumanus eſt, & te uiſus eſt mihi diligere, ut is tecum eſſet: & cum eo cocum, quo utere. Iterum uale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.
Nunciatoria, & hortatoria.

TVLLIVS TIRONI S. 14

ANdricus poſtridie ad me uenit', qua'm expectaram, itaq; habui noctem plenam timorib', ac miſeriis. tuis literis nihilo ſum factus certior, quo modo te haberes: ſed tamen ſum recreatus. ego omni delectatione, literiſq; omnibus careo: quas ante, qua'm te uidero, attingere nòn poſſum. Medico mercedis quantum poſcet, promitti iubeto. Id * ſcripſi ad Mumium. Audio te animo angi, & medicúm dicere ex eo te laborare. ſi me diligis, excita ex ſomno tuas literas, humanitatemq́;, propter quam mihi es chariſſimus. nunc opus eſt te animo ualere, ut corpore poſſis. id cum tua, tum mea cauſa facias, a' te peto. Acaſtum retine, quo commodius tibi miniſtretur. conſerua te mihi dies promiſſorum adeſt: quem etiam repræſentabo ſi adueneris. Etiam, atq; etiam uale. III. Id. hora. III.

TVLLIVS TIRONI S. 15

OMnia a' te data mihi putabo, ſi te ualentem uidero. Summa cura expectabam aduétum Menandri, quem ad te miſeram Cura, ſi me diligis, ut ualeas: & cum te bene confirmaris, ad nos uenias. Vale. IIII. Id. Apr.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laudat Ciceronem, quod Tironē, hominē doctū & probū, manumiſerit.

QVINTVS MARCO FRATRI S. 16

DE Tirone mi Marce, ita te, meumq́; Ciceronem, & meam Tulliolam, tuumq́; filium uideam, ut mihi gratiſſimum feciſti cum eum indignum illa fortuna, nobis amicum, qua'm ſeruum eſſe maluiſti. mihi crede, tuis, & illius literis perlectis, exilui gaudio, & tibi & ago gratias, & gratulor:

M.T.C.Epiſtolæ.

ASCENSIVS. AEgypta &c. Dicit ſe intellexiſſe Tironem cōualuiſſe, ſed quia nihil ſcripſit, deterius ſuſpicari. Ordo eſt: Aegypta, proprium eſt ſerui, venit ad me pridie: ideſt die præcedente Idus April. Is & ſi nunciauit mihi te carere: ideſt liberum eſſe. planè: ideſt omnino, febri, & habere belle: ideſt meliuſcule: tamen attulit mihi curam: ideſt ſolicitudinem, quòd negauit te potuiſſe ſcribere ad me, & eo: id eſt tanto magis: ſcilicet attulit curam, quòd Hermia non venerat, quem oportuerat venire eodem die. Ego ſum incredibili ſolicitudine de valetudine tua, qua ſi liberaris: pro liberaueris me, ego liberabo te omni cura. Ego ſcriberem plura, ſi putarem te poſſe legere libenter. Confer: ideſt applica ingenium tuū, quod ego facio: ideſt exiſtimo maximi, ad te conſeruandum mihi, & tibi. Cura te etiam, atq; etiam diligenter.

ASCENSIVS. ANdricus &cę. Amatorie ſcribit ſollicitudinem ſuā de Tirone, dicens. Andricus, nomen eſt ſerui forte ex Andro, vt Aegypta ex Aegypto venit ad me poſtridie: ideſt die poſteriore quàm expectaram: ideſt expectaueram. Itaque habui noctem plenam timoribus, ac miſeriis Tum: ideſt inſuper. nihilo: ideſt in nullo factus ſum certior literis: ſcilicet quas attulit quomodo haberes te: ſed tamen ſum recreatus. Ego careo omni delectatione, & literis omnibus quas nō poſſum attingere antequam videro te. iubeto: ſcilicet tantum mercedis promitti: ſcilicet ab amicis noſtris medico quātum poſcit. Ego ſcripſi ad Mumium id: ideſt vt id faciat. Audio te angi ideſt torqueri animo, & medicum dicere te laborare: ideſt quòd labores ex eo: ſcilicet quòd angeris animo. Si diligis me, excita literas tuas: ideſt pręcepta philoſophica de tolerandis aduerſis ex ſomno ideſt ſopore obliuionis, & humanitatē: ſcilicet tuam, propter quam tu es chariſſimus mihi. Opus eſt nunc te valere animo, vt poſſis: ſcilicet valere corpore. Peto à te facias id: ideſt vt valeas animo. eum: ſcilicet ita ſit: quòd tua cauſa tum: ideſt multo magis. mea: ſcilicet cauſa. Retine Acaſtū: ſcilicet ſeruum. quo: ideſt vt. miniſtretur ideſt miniſterium fiat tibi cōmodius: ideſt magis commode. Cōſerua te mihi. dies promiſſorum. ſ. de pecunia pro fundo emendo dāda, adeſt, q̄ repręſentabo. i. exhibebo, aut ſint duæ particulæ, quem pręſentabo etiam re: ideſt effectu ipſo ſi adueneris. Vale etiam atq; etiam. Tertio Idus Apr.

SEB. COR. ❡ANDRICVS) Al. Menādrus, vt in ſequēti epiſt. ❡ Promiſſorum) manumiſſionis. ſic enim ex Epiſto. XVI. huius lib. iudicamus. ❡ Id. Apr.) Al. id. h. III. hoc ē, Id. hora tertia vt ego interpretor. Al. Id. Iu.

EBRN. RVT. ❡DIES Promiſſorū adeſt quem etiam repræſentabo, ſi veneris) Nō percipit loci ſenſum interpres. Adeſt, ſignificat in propinquo eſt: Repręſentabo, præſentem faciam. id enim dicit: Cum primū veneris, promiſſa præſtabo etiā ſi dies dicta nōdum planè aduenerit. vim hanc ſæpe verbū id iuriſconſultis habet repræſentare pecuniam: ideſt, in diē præſentem numerare, quæ in longiorem deberetur. & Ciceroni antè: Quod eſt dies allatura, id conſilio ante ferre debemus, neque expectare temporis medicinam quam repræſentare ratione poſſimus.

ASCENSIVS. al. ſcripſi Vmmium. OMnia. Idem ferè facit dicens. Ego putabo omnia data mihi à te ſi videro te valentem. Ego expectabam ſumma cura aduentum Menandri quem miſeram ad te. Cura (ſi diligis me) vt valeas, & venias ad nos. cum: ideſt poſtquam. confirmaris: ideſt confirmaueris te. Vale, &cæ.

ASCENSIVS. DE Tirone &cæ. Gratulatur Qu. frater Cic. q̄ Tironem manumiſerit dicens: O mi Marce: ſcilicet frater. ita: ideſt ſit, & eſt precantis vtraque particula, videam: ideſt Dii dent, vt videam: ſcilicet incolumes. Te, & Ciceronem meum: ſcilicet nepotem ex te fratre. & Tulliolam meam. ſcilicet neptem ex eodem, & pro: ideſt filium tuum. niſi forte dicamus vtriq; Ciceronē à Tulliola liberos fuiſſe ſed qa te pręmiſit mallē de Marci liberis itelligere. vt feciſti mihi gratiſſimū de Tirone. i. de manumiſſione eius cum maluiſti eum indignum illa fortuna. ſ. conditione ſeruili eſſe amicū nobis, q̄. ſeruū. Crede mihi. ego exilui. i. extra me quaſi ſalui gaudio. i. p̄ gaudio literis tuis, & illi'. ſ. Tironis perlectis, & ago gratias tibi, & gratulor. ſ. etiam tibi.

ASCENSIVS. ¶ S I enim fidelitas Statii: ſcilicet liberti mei, eſt mihi tantæ voluptati, quantæ: ſupple voluptati hęc eadem bona: ſcilicet fidelitas. debent eſſe in iſto: ſcilicet tuo liberto Tirone, additis literis, ſermonibus, humanitate, quæ ſunt potiora: ideſt eligibiliora his ipſis commodis, quæ: ſcilicet aſſequimur ex bonis ſeruis Ego amo te equidem: pro quidem de omnibus maximis cauſis: ideſt propter maximas cauſas, vbi omnes cum ſuperlatiuo, verumetiam propter hanc. vel: ideſt quod nunciaſti mihi, vt debuiſti. Ego vidi: ideſt cognoui te totum in literis. Ego & promiſi, & faciam pueris: ideſt ſeruis Sabini omnia.

SEB. COR. ¶ F O R T V N A, nobis) Al. fortuna, hac nobis. ¶ Statii) liberti mei, in epiſtolis tamen ad ipſum Q. fratrē ſemper ſcribitur, Stathius. ¶ In iſto) Tirone.

[redacted] ¶ D E Tirone) Gratias agit & laudat Ciceronem de Tirone, homine docto ac bono manumiſſo.

ſum. ¶ Cuſpio) Epiſt. 6. lib. 13.

BERN. RVT. ¶ C V I verbo domicilium eſt proprium in officio, migrationes in alienum multæ) Non magis aſſequitur Ciceronis ſententiam interpres. quàm ii quos refellit. Hoc dicit C. Fidele: ideſt improprium proprie, dicas autem cuiuſpiam officiū. Significat hoc loco officium: ideſt quod quis efficere debeat vnde ſunt Cicerōis de officiis libri. Officium igitur eſt proprium domicilium verbi huius, Fideliter. Migrat tamen ipſum Fideliter, Fidelisq́;, ſæpe in alienum domicilium ager enim domicilium eſt feitilitatis agrū enim proprie feetilem dicimus: & tamen huc migrat interdum fidelis cum: ſcilicet dicimus agrum fidelē. atq; itidem de cæteris. Atqui nimis impudenti translatione dictum eſt à te, fideliter inſeruire valetudini.

[redacted]

ſi enim mihi Statii fidelitas eſt tantæ uoluptati, quanti eſſe in iſto hæc eadem bona debent, additis literis, ſermonibus, humanitate, quæ ſunt his ipſis commodis potiora? amo te omnibus equidem maximis de cauſis, uerumetiam propter hanc, uel quod mihi ſic (ut debuiſti) nuntiaſti. te totum in literis uidi. Sabini pueris & promiſi omnia, & faciam. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reprehendit Tironem, quod verbo Fideliter improprie vſus ſit.

TVLLIVS TIRONI S. 17

VIdeo, quid agas. tuas quoq; epiſtolas uis referā in uolumina. ſed heus tu, q * κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles, unde illud tam ἄκυρον, Valetudini fideliter inſeruiendo? unde in iſtum locum fideliter uenit? cui uerbo domicilium eſt proprium in officio, migrationes in alienum multæ: nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici poteſt. ut ſit, quomodo Theophraſto placet, uerecunda tranſlatio. ſed hæc corā. Demetrius uenit ad me: quo quidem * comitatu * ἀφωμίλησα, ſatis ſcis. tu eum uidelicet non potuiſti uidere: cras aderit: uidebis igitur: nam ego hinc perendie mane cogito. Valetudo tua me ualde ſolicitat: ſed inſerui, & fac omnia: tum te mecum eſſe, tum mihi cumulatiſſime ſatiſfacere putato. Cuſpio quòd operam dediſti, mihi gratum eſt: ualde enim eius cauſa uolo. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatoria eſt epiſtola.

TVLLIVS TIRONI S. 18

QVid igitur? non ſic oportet? equidem cenſeo ſic, addendum etiam, ſuo. ſed, ſi placet, inuidia uitetur. quam quidem ego ſæpe contempſi. Tibi * διαφόρησιν gaudeo profuiſſe: ſi uero etiam Tuſculanum, Dii boni, quāto mihi illud erit amabilius. ſed, ſi me amas, quod quidem aut facis, aut perbelle ſimulas, quod tamen in modum procedit, ſed, ut ut eſt, indulge ualetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deſeruis, ſeruiſti non ſatis. ea quid poſtulet, non ignoras, * πέψιν, * ἀλυπίαν περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας. fac bellus reuertare: nō modo te, ſed etiam Tuſculanum noſtrū plus amem,

* .i. regula.

* al. ἄκυρον.

* .i. dimiſi, vnà fui.

* .i. geſtationē

* al. ἀποπίαν.

* .i. concoctionē, hilaritatem, ambulationē modicā, oblectationē, facilitatem alui.

ASCENSIVS.

VIdeo &c. Iocatur cū Tirone de improprietate vocabuli, fideliter, dicēs: Ego video: ideſt intelligo quid agas: ideſt prætendas. tu vis: ſupple vt referam: ideſt colligam in volumina: ideſt libellos. quoq;: ideſt etiam epiſtolas tuas. ſed heus tu, qui ſoles eſſe κανὼν: ideſt regula ſcriptorum meorum, vnde illud tam ἄκυρον: ideſt improprium, valetudini fideliter inſeruiendo ſic enim ſcripſerat Tiro. Vnde fideliter .i. iſtud aduerbiū fideliter inſeruiendo, venit in iſtum locum, cui verbo: ideſt parti orationis. domicilium proprium: ideſt propri⁹ vſus eſt in officio: ideſt vt quis dicatur fideliter officio functus non inſeruiſſe valetudini. multæ migrationes: ideſt tranſlationes: ſupple in alienum. Nā & doctrina, & domus, & ars, & ager poteſt etiam dici fidelis, vt ſit quomodo placet Theophraſto, tranſlatio: ſcilicet à proprio ad impropriū verecunda. Sed: ſupple diſputabimus hæc coràm ideſt quādo coràm erimus. Demetri⁹ venit ad me. quo quidem comitatu: ideſt quo comite, ἀφωμίλησα: ideſt vſus ſum. tu ſcis ſatis & tu non potuiſti (vt ſcripſeras) videre eū, ipſe aderit cras. igitur videbis: ſupple eū. Nam ego cogito: ſcilicet proficiſci hinc perinde: ſcilicet peracto craſtino die mane. Valetudo tua ſolicitat me valde: ſed inſerui: ſupple ei, & fac omnia: ſcilicet illi conducibila, & puta to te tum eſſe mecum, tum ſatisfacere mihi cumulatiſſime. Gratum eſt mihi: quòd dediſti operam Cuſpio, ego enim. ſcilicet te ei operam dediſſe valde cauſa eius volo.

SEB. COR. ¶ R E F E R A M) Alii legūt, referri. ¶ Κανὼν) regula. ¶ Ἄκυρον) non proprium. ¶ Demetrius) libertus. ¶ Ἀφωμίλησα) vſus

ASCENSIVS.

QVid igitur. Ridet opinionem Tironis de quadam forma loquendi. adhortans rurſus eū ad curam valetudinis, ac dicens: Quid igitur: ſupple ais? Non oportet: ſcilicet ſcribere, aut loqui ſic: ſcilicet vt locutus ſum? Equidē: ideſt ego quidem. cenſeo: ſupple loquendum eſſe, addendum: ſupple eſſe etiam ſuo: ideſt illud pronomen. quod Tiro negarat. ſed ſi placet inuidia .i. offenſa aliorū vitetur quam: ſcilicet inuidiam. ego quidem contempſi: ideſt vilipendi ſæpe. gaudeo διαφόρησιν: ideſt declamationem profuiſſe tibi: ideſt ſoſpitati tuę: Si uero etiam Tuſculanum: ſupple noſtrum profuerit tibi, Dii boni quanti illud: ſcilicet te ex Tuſculano noſtro conualeſcere erit mihi amabilius. Sed ſi amas me, quod quidem, aut facis, aut ſimulas perbelle. quod: ſcilicet ſimulare. procedit in modum: ideſt valde proſpere, ſed vt: ideſt qualitercunq; eſt. indulge: ideſt vſque ad indulgentiam da operam valetudini tuæ, cui tu quidem adhuc: ideſt hactenus, dum deſeruis mihi, non ſeruiuiſti ſatis. tu non ignoras quæ ea: ſcilicet valetudo poſtulet, poſtulat enim πέψιν: ideſt digeſtionem, ἀλυπίαν: ideſt carentiam triſtitiæ, περίπατον: ideſt deambulationem, σύμμετρον: ideſt moderatam, & commenſuratam. τέρψιν: ideſt delectationem. εὐλυσίαν: ideſt bonam euacuationam. κοιλίας: ideſt ventris, aut alui. Fac: ſupple vt reuertare bellus: ideſt bellule te habens, quia plus amem non modo te, ſed etiam Tuſculanum noſtrum, in quo: ſcilicet conualueris.

¶ EXCITA

ASCENSIVS. ℭEXCITA parhedrū.i.aſſeſſorem,& proximū, vt ipſe cō ducat hortū.tu commouebis ſic holitorem, qui non vult iuſto pretio cōducere. Pharedrus ille heluo.i.guloſus, aut potius Elico.i.inuerſor rerū.nequiſſimus.i.perditiſſimus.dabat ducenta ſeſtertia,& nullo horto aprico.i. ſoli expoſito:ſup. habito.nullo.i.non emiſſario.ſ.alicuius rei, aut dicamus patronos interdum cum poſſeſſionibus locare boues aratorios,& emiſſarios equos.i.ad generationē aptos,licet reclamant cōmentarii, nulla maceria.i.clauſura firma nulla caſa.i.tugurio.Ne is derideat nos tanta impenſa.ſ. in villam collata.calface.i. commoue vſq; ad calorem hominē: vt ego ſ. ſup.calfacio Mothonē virū illū. Itaq; abutor coronis quæ virtuti, non cauillationi debētur.Etſi nūc qdē nimiū aquæ.ſ.pluuialis eſt, tū velim ſcire quid agatur de Crabra.ſ.lura. Ego mittā horologium & libros ſi erit ſudū.i.ſerenum tēpus.Sed tu nullos'ne ſup.apportaſti libellos tecū, an pangis aliquid Sophocleū.i. alti cothurni,fac ſup.vt opus appareat. A. Ligurius familiaris Cæſaris mortuus eſt,homo bonus,& amicus nobis. Fac vt ſciā quando expectemus te.Cura diligenter teſup.& Vale.

Parhedrum excita,ut hortum ipſe conducat:ſic holitorem ipſum * commouebis. Heluo nequiſſimus HS CIↃ dabat nullo aprico horto. nullo emiſſario, nulla maceria,nulla caſa. iſte nos tanta impenſa derideat? calface hoiem,ut ego M.Othonē: itaq; abutor coronis.De Crabra quid agatur, etſi nunc quidē etiā nimium eſt aquæ,tū uelim ſcire.Horologium mittā, & libros,ſi erit ſudum. ſed tu nullos ne tecum libellos? an pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. A.Ligurius Cæſaris familiaris mortuus eſt, bonus homo,& nobis amicus: Te quando expectemus, fac ut ſciam. Cura te diligenter, Vale.

sal. cō moue bis Heli co.

VICTORIVS.

HElico nequiſſimus)Sic omnes quos vidi manu ſcripti, Mediceus in primis:impreſſi enim {Helluo} Ex vetere ſcriptura libenter legerē{Salaco}nequiſſimus:qua Græca voce vſus eſt in epiſtolis ad Gallum, Cognoſti meam cauſam, & iſtius Salaconis iniquitatem,& in epiſtolis ad Atti. Declaratio huius vocis qua naturam ipſius Græci interpretantur, mire quadrat huic ſententiæ Ciceronis: ait enim Salaconas dici, θρυπτομένους,qui delicatè viuunt. καὶ τοὺς μὴ δεῖ δαπανῶντας. & qui ſumptum faciūt, vbi minime oportet. Cicero enim inquit, HS.C I Ↄ dabat nullo aprico loco,nullo emiſſario, nulla maceria,nulla caſa:grandē igitur pecuniam pendebat, vbi non decebat,& in rebus quę nihil haberent cōmoditatis, aut oblectationis. Ariſt.lib. II.Rhet. vbi de morib.diuitum diſſerit, & in quibus ferè peccent, oſtēdit,inquit:τρυφεροὶ δὲ καὶ σαλάκωνες.quo etiā in loco aperit,cur illi his vitiis obnoxii ſint. Mire igiť exprimit Gręca vox huiuſcemodi īgeniū quale I eo quē acerbè accuſat, Cicero deſcribit.S, autē vltima erat litera antecedētis dictionis quę cū geminata eſſe deberet(cōſequēs enim vox ab eadē litera incipiebat) negligētia librarii relicta eſt.maculæ plurimæ huiuſcemodi ſunt. Par huic, eſt & eodē pacto cōformata,quę fœdauit locū Taciti in primo libro,ea autē tanti incōmmodi fuit, vt perſuaſerit docto, & diligēti viro locū illū ſtellula,vt deſperatū notari. ſic autē legēdus tot' eſt: Atq; idē cū Valerius Meſſalinus ſignū aureū in æde Martis vltoris, Cæcinna Seuerus arā vltioni ſtatuendā cēſuiſſent, prohibuit:ob externas eas victorias ſacrari dictitans, domeſtica mala triſtitia operiēda. Potuit etiā hæc in Cicerone peruerſio naſci,quòd ſuperioribus tēporibus mala quędā cōſuetudo erat libros corrigēdi:nō pauci enim fuerunt, neq; hi omnino imperiti,nec parū in hoc munere iactati homines, q cūcta quæ ſtatim nō intelligebāt,tollerēt:à quibus multæ, q nūc in bonis authorib' maculæ ſunt,fluxerūt. Oſtēdim' alias nō pauca in Lucretio quodā ab eo,qui corrigere voluit, deprauata fuiſſe. idē etiā de Catullo dicimus.cum enim ille vetuſtate ex maiore parte dilapſus eſſet,nō pauca præterea vulnera ab his ſiniſtris correctoribus accepit. De vna ipſius plaga nunc mentionem faciā,quæ ab eo impoſita eſt, qui rariorē vocē ignorabat,& malo conſilio vſus eam deleuit,ac communem peruulgatamq; repoſuit:illum autem nomine etiam appellare poſſem,quod tamen non faciam, parcamq; dignitati hominis. Verſiculi Catulli ſunt in Carmine de Ati.

Ait hæc minax Cybele:religatq; iuga manu.
Ferus ſe ipſe adhortatus rapidum incitat animum.

Non ſolū autē manu ſcripti codices,ſed nonnulli etiā formis excuſi primis illis annis, quibus hęc ratio ſcribēdi libros inuēta eſt,habent. Ferus ſeſe adhortatus lis,rapidū incitat animū, quæ vera,ac germana lectio eſt{Lis}autē Græcis leo, quod qui ignorant,parū in lectione Gręcorū poetarū verſati ſunt q ea voce frequēter vtūtur. Theocritus certe in Idillio, quē appellauit Hylā,ter ipſa vſus ē. Libēter aūt vſurpare poetas peregrina verba, & ea etiā ratiōe ſolere fabulas ſuas ornare, quis neſcit? Hāc quōdā,cū Romę eſſem, caſtigationē expoſui Frāciſco Mario Molſę maximi ingenii, ac eruditiōis viro, vt ei' iudicio potiſſimū vterer in eo poeta expurgando,quē ille plurimū amat, ac politiſſimis ſuis verſibus diuinitus exprimit. De crabra quid agatur)In oratione cōtra Rullū:Ego Tuſculanis p' aqua crabra vectigal pēdā,qa à mūicipio fundū accepi; Si à Sylla mihi dat' eſſet Rulli lege nō pēderē. Quāuis I impreſſis mēdoſè{Crebra}Frōtin' quoq; ſępe hui' aquę mētionē facit.

SEB. COR. ℭNON ſic oportet?) Inſcribere tam familiariter meas literas ad te? Equidem cenſeo ſic)inſcribi oportere. Addēdum etiam,ſuo)vt inſcribam, Tironi ſuo. Inuidia)quæ tibi ex ea re fortaſſe apud reliquos familiares naſci videtur. Διαπερίπατον)digeſtionem: alii migrationem interpretantur: ſcillicet ex vrbe in Tuſculanum. Alii legunt, ἀναφώνησιν, declamationem,quæ etiam ſtomacho prodeſt. πέψιν, ἀλυπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας. concoctionem, hilaritatem,ambulationem modicam,oblectationem, facilitatem alui.Secundo loco quidam legunt non ἀλυπίαν, ſed ἀπονίαν,quietem quandam à magnis laboribus. Vt hortū) eo tempore hortos quoſdam Cicero emere cupiebat, vt in epiſtolis ad Atticum ſæpe ſcribit. Heluo)Al. Helico. Al. Elico. Mothonem) His temporibus hortos ab Othone empturus erat Cicero, vt,niſi velimus hunc ſignificari,& M. Othonem legamus,neſciam prorſus,quid ſit hominis. De Crabra)de qua in oratione vltima contra Rullum ſic ſcribit: Ego Tuſculanis pro aqua Crabra vectigal pendam; ſed plura Frontinus.

BERN. RVT. ℭQVID igitur?non ſic oportet?equidem cenſeo,ſic addendum,etiam ſuo)Perperam clauſulæ ſenſus ab interprete perceptus,ſic enim accipiendum.Cum Cicero familiari & cōmuni inſcriptione in literis ad Tironem vteretur,nec ſe patronum,nec illum libertum adſcribens, verecunde queſtum cum eo Tironem,vt cui videretur iniuria fieri à patrono: Nō modo(inquit igitur Cicero)its inſcribendum eſt, ſed addēdum etiam,Suo:vt ſit,Tironi ſuo, Martialis de chartis epiſtolaribus:Seu leuiter noto,ſeu charo miſſa ſodali.

Omnes iſta ſolet charta vocare ſuos.

Nullo emiſſario)Vide ne emiſſarium intelligat riuum canalemq;. quo ea puteo aut aliunde emiſſa aqua in hortum influat. Columella de horto:Locum autem,inquit, prius eligi conueniet.ſi permittit agri ſitus, iuxta villam præcipue pinguem,quiq; aduemiente riuo,vel ſi non ſit fluens aqua, fonte puteali poſſit irrigari. Itaque abutor coronis) Quamuis obſcurum ſibi ipſe fateatur interpres, tu tamē vide num hoc dicat:vel ſe ipſum geſtare coronas,vel aliis præbere,eaſq; ex ſuo horto eſſe fingere; vt gratiam horto penſionemq; hoc mendacio comparet; vt poma Ouidius in arte amandi., Sunt quibus videatur legendum, abutor coronide crebra. Aligurius Cæſaris familiaris mortuus eſt) Proprium eſt nomen, non gentile, vt putauit interpres. illum opinor, quem ſignificat libro.11. ad Atticum, & familiarem Cæſaris,& ſuum amicum;Hic Ligurius, inquit, fureret ſe enim ſcire, ſummo illum in odio fuiſſe Cæſari. illum tamen non modo fouiſſe, ſed & tantam pecuniam illi dediſſe honoris mei cauſa. vt vel ibi Aligurius: vel A. Ligurius

TVLLIVS TIRONI S.

EXpecto tuas literas de multis rebus, te ipſum multo magis. Demetrium redde noſtrum, & aliud ſiquid potes boni. De aufidiano nomine nihil te hortor: ſcio tibi curæ eſſe: ſed confice. &, ſi ob eã rem moraris, accipio cauſam: ſi te id non tenet, aduola. Literas tuas ualde expecto. Vale.

TVLLIVS TIRONI S.

SOlicitat, ita uiuam, me tua mi Tiro ualetudo: ſed confido, ſi diligentiam, quam inſtituiſti, adhibueris, cito te firmum fore. libros compone * indicem, cum Metrodoro lubebit, quando eius arbitratu uiuendum eſt. Cum holitore, ut uidetur. Tu potes Calend. ſpectare gladiatores, poſtridie redire: & ita cenſeo. uerum, ut uidebitur. Cura te, ſi me amas, diligenter. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Varia Tironi ſcribit Cicero filius.

CICERO F. TIRONI SVO DVLCISS. S. D. 21

CVm uehementer tabellarios expectarem quotidie, aliquando uenerunt poſt diem XL. & VI. quàm à uobis diſceſſerant: quorum mihi fuit aduentus optatiſſimus: nam cum maximam cepiſſem lætitiam ex humaniſſimi, & chariſſimi patris epiſtola: tum uero iucundiſſimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudii attulerunt. itaque me iam non pœnitebat, intercapedinem ſcribendi feciſſe. ſed potius lætabar: fructum enim magnum humanitatis tuæ capiebam ex ſilentio mearum literarum. uehementer igitur gaudeo te meam ſine dubitatione accepiſſe excuſationem. Gratos tibi, optatosq; eſſe, qui de me rumores afferuntur, non dubito mi dulciſſime Tiro: præſtaboq;, & enitar, ut in dies magis, magisq; hæc naſcens de me duplicetur opinio. quare quod polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meæ, firmo id, conſtantiq; animo facias licet. tantum enim mihi dolorem, cruciatumq; attulerunt errata ætatis meæ, ut non ſolum animus à factis, ſed aures quoque à commemoratione abhorreant. cuius te ſolicitudinis, & doloris participem fuiſſe, notum, exploratumq; eſt mihi: nec id mirũ: nam cum omnia mea cauſa uelles mihi ſucceſſa: cũ etiam tua: ſocium enim te meorum commodorum ſemper eſſe uolui. quando igitur tum ex me doluiſti, nunc ut duplicetur tuum ex me gaudium, præſtabo. Cratippo me ſcito non ut diſcipulum, ſed ut filium eſſe coniunctiſſimum: nam cum audio illum libenter, tum etiam eius propriam ſuauitatem uehementer amplector. ſum totos dies cum eo, noctisq; ſæpenumero partem: exoro enim, ut mecum quãſæpiſſimæ cœnet hac introducta cõſuetudine, ſæpe inſcientibus nobis, & cœnantibus obrepit, ſublataq; ſeueritate philoſophiæ, humaniſſime nobiſcũ iocatur.

vtrobiq; vel hic quoq; Ligurius, ſcribendum fuerit.

ASCENSIVS. EXpecto &c. Hæc epiſtola eſt valde facilis, ideo nõ indiget explanatione. Nomine. i. debito Aufidiano.

HVBERTI. ¶ EXpecto.) Hortatur Cic. Tironem, vt ad ſe ſcribat, ſed multo magis ipſe veniat, niſi forte detinetur cauſa Aufidii. ¶ Redde.) reſtitue fac ad nos reuertatur. ¶ Nomine) debito (vt ſæpius diximus) quãtum enim conicimus debebat hic Aufidius Cic. ¶ Confice) perfice vt exigas qđ debet. ¶ Ob eam rem) vt cõficias cũ Aufidio. ¶ Moraris) differs tuũ ad nos aduentum. ¶ Cauſam) Excuſationem tuæ moræ. ¶ Id.) hæc res, vt cõficias cum Aufidio. ¶ Aduola) celeriter veni.

*a. l. videlicet.

ASCENSIVS. SOlicitat &c. Hæc epiſtola eſt ſimilis ſuperiori, plana & facilis. Holitore. i. cõductore hortorũ Gladiatores. i. ludos gladiatorios &c.

HVBERTI. ¶ SOLicitat.) Affirmat Cic. ſe valde angi valetudine Tironis. Deinde ei multa mãdata breuiter dat. ¶ Ita viuã) .i. ita mihi viuere contingat: ita deus det mihi vitam iurantis eſt. ¶ Inſtituiſti,) cœpiſti. ¶ Compone) collige, ſimul pone: non autem intelligendum eſt cõpone fac ex ingenio tuo. ¶ Videlicet) certe. ¶ Cum) quando. ¶ Metrodoro) puto eſſe nomen medici, vt dicat. Collige, & para libros tuos cũ placuerit medico, vt venias. ¶ Quãdo) quoniã. ¶ Arbitratu eius. i. iudicio eius, & voluntate, quia ęgroti medicorum arbitratu viuere debẽt. ¶ Cũ holitore) qui eſt pducturus hortũ: ſubaudi fac. de quo holitore ſupra viſum ẽ in epiſtola, q̃ incipit: Quid igif. ¶ Spectare) in vrbe. ¶ Gladiatores) ludos gladiatorios ¶ Vt videbitur). ſ. facito.

ASCENSIVS. CVm &cęt. Cicero filius à patre Athenas miſſus, vt ſub Cratippo philoſopharetur, qui mores paulũ emẽdaſſe dicebatur: nam ebrietati deditꝰ antea fuerat: vnde ſcripſerat ad eum Tiro ſe gratulari famæ de eo ſparſæ, & hortari vt pergat, quibus reſpũdẽs dicit ſe eius conſilio pariturũ & alia quę ad ſtudia pertineãt declarat, dicens: Cũ expectarẽ vehemẽter quotidie tabellarios. i. tabellorũ, ſeu literarũ gerulos, ipſi venerũt aliqñ. i. tandẽ poſt diẽ quadrageſimũ & ſextũ, q̃ diſceſſerãt à nobis qa miſerat eos. aut lege à vobis. quorũ aduentus fuit mihi optatiſſimꝰ. nã cũ cepiſſem. i. accepiſſem. maximã lętitiã ex epiſtola humaniſſimi, & chariſſimi patris ſup. mei M. Tullii, tũ vero. i. tũ multo magis, quaſi ad uerũ, literæ tuæ iucũdiſſimæ attulerũt mihi cumulũ gaudii. Itaq; nõ pœnitebat iã me feciſſe intercapedinẽ. i. itermiſſionẽ ſcribẽdi ſed lętabar potiꝰ. Ego. n. capiebã magnũ fructũ. i. magnã vtilitatẽ ex ſilẽtio. i. intermiſſiõe literarũ mearũ. Igif vt nũc reſpondeã, ego gaudeo vehemẽter te accepiſſe. i. approbaſſe meã excuſationẽ ſine dubitatiõe ò mi Tiro dulciſſime, ego non dubito rumores q afferunf de me. i. de moribꝰ meis emẽdatis, eſſe tibi gratos, & optatos pſtaboq;. i. efficiã, & nitar, vt hęc opinio naſcens de me duplicef in dies magis, magisq;. Quare qđ polliceris te fore. i. futurũ. buccinatorẽ. i. pconẽ ingẽtẽ, & diuulgatorẽ. exiſtimationis. i. famæ & reputationis meę. licet. i. licitũ eſt, & tutũ, vt facias id aio firmo, & cõſtãti. Enim. i. qa. errata ætatis meę. ſ. trãſactę (qa vinoſus ſemper fuit, & vecors) attulerũt mihi tantũ. i. tã magnũ dolorẽ & cruciatũ vt nõ ſolũ animꝰ abhorreat. i. alienus ſit, & abominaref à factis ſed aures quoq;. i. ẽt, abhorreãt à cõmemoratione. i. recitatione. ſ. ętatis ante actæ. Cuius ſolicitudinis, & doloris notũ, & exploratũ eſt mihi te fuiſſe participẽ. Nec id mirũ ſup. eſt. Nã cũ. ſ. ita eſſet, quòd velles cauſa mea. i. propter bonũ meũ omnia ſucceſſa. i. pſpere eueniſſe mihi, cũ ẽt: ſup. volebas cauſa tua. i. ppter vtilitatẽ tuã. Volui enim ſemp te eſſe ſociũ cõmodorũ meorũ. Igif qp. i. qa. tu doluiſti tũ. i. tũc. cũ perditꝰ eſſem ex me. i. ppter me. ego pſtabo. i. efficiã vt gaudiũ tuũ duplicef ex me. Scito me eſſe cõiũctiſſimũ Cratippo. ſ. philoſopho, de quo in principio officiorum meminit Cicero, nõ vt diſcipulũ, ſed vt filium Nam cũ. ſ. ita ſit, quòd & audio libenter illum, tũ etiã amplector vehemẽter eius ſuauitatẽ. Ego ſũ totos dies cũ eo, & ſæpenumero partẽ noctis. Exoro enim. i. ipetro precibꝰ vt cœnet quãſępiſſime mecũ. Hac cõſuetudine introducta .i. poſtq̃, iſta cõſuetudo eſt introducta. ipſe obrepit. i. clãculũ interuenit nobis iſciẽtibꝰ, & cœnãtibꝰ, & iocatur. i. cõfabulaf nobiſcũ humaniſſime, ſeueritate philoſophię ſublata.

¶ QVARE

quare da operam, ut hunc talem, tam iucundum, tam excellentem uirum uideas quamprimum, nã quid ego de Bruto dicam? quem nullo tempore a' me patior diſcedere: cuius cum frugi, ſeueraq́; eſt uita, tum etiã iucundiſſima *coniunctio: nõ eſt enim ſeiunctus *iocus a' philologia, & quotidiana *συζητήσει: huic ego locũ in proximo conduxi, &, ut poſſum, ex meis anguſtiis illius ſuſtento tenuitatẽ. præterea declamitare græce apud Caſſium inſtitui: latine aũt apud Brutum exerceri uolo. utor familiaribus, & quotidianis cõuinctoribus, quos ſecũ Mitylenis Cratippus adduxit, hoĩbus & doctis & illis probatiſſimis. multũ ẽt mecũ eſt Epicrates princeps Athenienſiũ. & Leonides, & horũ cæteri ſimiles. * τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς, τάδε. De Gorgia aũt qđ mihi ſcribis, erat qdẽ ille in quotidiana declamatione utilis, ſed oĩa poſtpoſui, dummodo præceptis patris parerem: *διαρρήδην enim ſcripſerat, ut eũ dimitterẽ ſtatim. tergiuerſari nolui, ne mea nimia *σπουδὴ ſuſpicionem ei aliquã importaret. deinde illud ẽt mihi ſuccurebat, graue eſſe, me de iudicio patris iudicare. tuũ tamen ſtudiũ, & conſiliũ gratũ, acceptumq́; eſt mihi. Excuſationẽ anguſtiarum tui tẽporis accipio. ſcio enim q̃ ſoleas eſſe occupatus. Emiſſe te prædium, uehemẽter gaudeo: feliciterq́; tibi rem iſtã euenire cupio. hoc loco me tibi gratulari, noli mirari: eodẽ enim ferè loco tu quoque, emiſſe te, feciſti me certiorem. habes, ubi deponendæ tibi ſint urbanitates. ruſticus Romanus * factus eſt. cũ ego mihi nunc ante oculos tuũ iucundiſſimum conſpectũ propono, uideor uidere ementẽ te ruſticas res, cũ uillico loquentẽ, in lacinia ſeruantem ex menſa ſecunda ſemina. ſed quod ad rẽ pertinet, me tum tibi defuiſſe, æque, ac tu, doleo. ſed noli dubitare mi Tiro, quin te ſubleuaturus ſim, ſi modo fortuna me: præſertim cum ſciã cõem nobis emptum eẽ iſtum fundum. De mãdatis quod tibi curæ fuit, eſt mihi gratũ. ſed peto a' te ut quamceleterrime mihi librarius mittatur, maxime quidẽ Græcus: multum enim mihi eripitur opæ in exſcribendis hypõnematis. Tu uelim in primis cures, ut ualeas, ut una' *συμφιλολογεῖν poſſimus. Antherũ tibi cõmendo. Vale.

*a.l.cõiunctio. *a.l.locus. *.i.mutua quæſtione. *.i.quę ad nos quidem ſpectãt, hęc ſũt. *.i.aperte. *.i.contentio *al. factus es. *.i.vnã diſputare de literis.

ASCENSIVS.

QVARE da operam, vt videas quamprimum: ideſt ſtatim. hunc talem uirum: ſcilicet Cratippum, tam iucundum: ſcilicet in re familiari, & tam excellentem in philoſophia. Nam quid ego dicam de Bruto: ſcilicet Marco, Stoicæ ſectę ſtudioſo quem nullo tempore patior diſcedere a' me. Cuius cum: ſcilicet ita ſit: quòd vita eſt frugi.i.parca, & vtilitati ſeruiens: & ſeuera: ideſt rigida in ſequendo vero, & iuſto etiam coniunctio eſt etiam iucundiſſima. Enim: ideſt quia. Iocus: ſcilicet noſter. non eſt ſeiunctus: ideſt ſeparatus a philologia: ideſt amore ſtudii, vel ſermonis. & συζητήσει: ideſt coinquiſitione quondiana: ſcilicet veri. quaſi dicat nõ eſt ſcurrilis, aut diſſolutus iocus nobis. Ego conduxi huic: ſcilicet Bruto locum: ſcilicet habitationis, in proximo, & ſuſtenio tenuitatẽ.i. paupertatẽ illius.ſ. Bruti, ex anguſtiis.ſ. modicis rebus meis; vt poſſum. Præterea ego inſtitui: ideſt incepi, aut propoſui declamitare: ideſt frequenter declamare: hoc eſt in themate ficto, & cauſa nõ vera, me in oratoria exercere apud Caſſium etiam ciuem Rom. volo autem exerceri latine: ideſt in lingua latina apud Brutum. Ego vtor conuictoribus: ideſt ſodalibus, & commenſalibus quotidianis, & familiaribus: ſup. iis, quos Cratippus adduxit ſecũ Mitylenis: ideſt cum rediret ex ea vrbe in Lesbo nobili appoſitorie hominibus, & doctis, & probatiſſimis: ideſt maxime approbatis, & commendatis illi: ſcilicet Cratippo. Epicrates princeps Athenienſium eſt etiam multum mecum, & Leonides, & cæteri ſimiles horum.i.viri apprime nobiles, & ſpectatis moribus. τὰ: ideſt hæc. μὲν: ideſt quidem. κατὰ: ideſt ſecũdum. ἡμᾶς: ideſt nos: ideſt de nobis ſupple dicta ſint. De Gorgia autem, quod ſcribis mihi, erat quidem ille vtilis in quotidiana declamatione: ſcilicet facienda, qa egregius eſt rhetor. ſed poſtpoſui: ſupple eũ dummodo parerem præceptis patris, enim: ideſt quia. pater ſcripſerat διαρρήδην: ideſt palàm. ſeu aperte, vt dimitterem eum ſtatim. nolui tergiuerſari: ideſt diſſimulanter agere, & ad tempus illudere cauſam: hoc eſt mandatum patris. ne σπουδὴ: ideſt ſtudium, & diligentia mea nimia: ſcilicet in Gorgiam, aut eius ꝓfeſſionem importaret ei: ſcilicet patri aliquã ſuſpicionem: ſcilicet leuitatis. Deinde illud etiam ſuccurrebat: ideſt in mentem veniebat. mihi graue eſſe me iudicare de iudicio patris. tamen ſtudium, & iudicium tuum eſt mihi gratum, & acceptum. videtur conſuluiſſe vt Gorgiam audiret. Accipio: ideſt probo excuſationem anguſtiarum tui temporis: ſcilicet ad ſcribẽdum. Scio enim quàm: ideſt quãtum. ſoleas eſſe occupatus. Gaudeo vehemẽter te emiſſe prædiũ: ideſt poſſeſſionem in agro, & cupio iſtam rem: ideſt hanc emptionem euenire tibi feliciter. Noli mirari me gratulari tibi, hoc loco: ideſt in hac re, tu enim feciſti me certiorem: id eſt ſignificaſti emiſſe te: ideſt quod emeris, te ipſum eodem ferè loco: quaſi dicat vitam tibi nouam, aut longiorem emiſti emendo prædium illud. Tu enim habes vbi vrbanitates: ſcilicet tuæ ſint deponendæ: ideſt ad tempus exuendæ, vt indulgentius viuas. Tu Romanus factus es ruſticus. Cũ ego præpono nunc mihi ante oculos conſpectum tuum iucundiſſimum, videor videre te emẽtem res ruſticas, & loquentem cum villico: ideſt cuſtode uillæ. ſeruantem in lacinia: ideſt ueſte laxa, & linea more ruſticano. ſemina: ideſt reliquias ex ſecũda mẽſa, quæ pomorum erat: unde ſemina forte ad ſationem ſeruabãt. ſed qđ pertinet ad rẽ: ego doleo æque: ideſt æqualiter, ac tu me defuiſſe tum: ſcilicet cum emeres tibi: ſupple ò mi Tiro noli dubitare, quin ſim ſubleuaturus te: ſcilicet ab onere ęris alieni, ſi modo fortuna me: ſupple ſubleuarit, aut conſeruarit: præſertim cum ſciam iſtum fundum eſſe emptum communẽ nobis: ideſt vt tecum illic diuerſarer. Quod fuit tibi curę de mandatis: ſcilicet obeundis, eſt gratum mihi. Sed peto ut librarius: ideſt ſcriptor librorum, mittatur mihi q̃ celerrime: quidem: ideſt certe, maxime Gręcus: multũ enim operæ: ideſt laboris philoſophiæ impendendæ, eripitur mihi hypõnematis.i. cõmẽtanis, ſeu dictatis exſcribẽdis. Tu uelim cures in primis vt valeas, ut poſſimus συμφιλολογεῖν.i. cõmentaria. vnà.i. pariter. ego cõmẽdo tibi Antherũ.ſ. (ut opinor) tabellariũ.

VICTORIVS.

CVm villico loquentem) quod in priſcis aliis monimentis adnotaui, in Mediceo hic obſeruatum eſt, {Vilico} ſcribi conſuetudinem fuiſſe per unum l, tantum, qđ quanuis omnino non magni momenti ſit, tamen quia admirabile eſt, cum a' uilla deducatur, præterire nolui lib. M. Varronis de Re ruſtica pleni ſunt huiꝰ nominis, nuſquã autem non ſic ſcriptum in perantiquo illo, q eſt in diui Marci bibliotheca, inueni. In Pandectis Florentinis quoties hoc nomen eſt, toties ita ſcriptum. eſt Romæ etiam vetere in lapide ita ſcriptum eſt, {Dotimo uilico} Rei paruæ doctiſſimum, & optimum virum teſtem dabimus, Ludouicum Fabrum Fanenſem, qui cum hoc adnotaui præſens aderat s vtebar enim iudicio illiꝰ ſummè officioſi hominis, i huiuſcemodi rebus, quarũ ille peritiſſimus eſt, ꝑſcrutãdis. Sed aiunt & Capuę i ſacello Diui Benedicti hãc inſcriptionẽ inueniri.

EVTYCHVS VILICVS A. PLVMBO EVAGOGVS. A. ILAM.
FECERVNT SIBI ET SVIS.

SEBAS. CORR. ℭCRATIPPO) Epiſt.16.lib.12.⸿ Cœnantibus) Al. ſocantibus.⸿ De Bruto) De. M. Bruto, qui interfecto Cæſ. ſe Athenas contulit, & paulo poſt ſecum in Macedoniam ipſum Cic. Ciceronis F. duxit. epiſtola.14. lib.12.⸿ συζητήσεων) mutua quæſtione, diſputatione.⸿ Casſium) C. Casſium, qui & ipſe illò venerat.⸿ Τὰ μὲν γὰρ καθ' ἡμᾶς ταῦτα) quæ quidem igitur ad nos hæc.⸿ De Gorgia) Leontino, cuius libros hic Cice. filius legebat: vel Gorgia rhetore aliquo, qui tunc viueret.⸿ Διωρθῶσθαι) apte.⸿ Mea nimia) Al. mei animi.⸿ σπουδὴ) diligentia, ſtudium Hoc loco) epiſtolæ.⸿ Cum ego mihi, &c.) AL. quo modo ego mihi nūc añ oculos tuum iucundisſimum conſpectum propono? videor enim videre, &c.⸿ In lacinia) in veſtis ſinu.⸿ Ex ſecūda menſa ex pomis.⸿ Semina) quæ poſtea in tuo fundo ſeras.⸿ Fortunæ me: præſertim) Al. fortuna me iuuerit, præſertim.⸿ Hypõnematis) ὑπόμνημα, commentarium, & recordatio quædam dicitur.⸿ συμφιλολογεῖν) ſimul diſſerere.

BERN. RVT. ℭNON eſt enim ſeiunct° locus a' philologia) locus, probo.⸿ Hoc loco me tibi gratulari, noli mirari, eodem enim fere loco tu quoque emiſſe te feciſti me certiorem. habes, &cæ.) hoc loco, eſt, hac parte epiſtolæ meæ: cū gratulationibus tribuere primas ferè epiſtolarum partes ſoleamus. qcquid interpres nugetur. Cicero ipſe ad Curionem initio epiſtolæ: Sera gratulatio reprehendi nō ſolet. ad Cęlium: Primum tibi, vt debeo, gratulor. Cælius ad Ciceronem: Gratulor tibi affinitate viri medius fidius. optimi. Cicero ad Appium. Gratulor tibi primum. ſic enim ordo rerū poſtulat, deinde ad me conuertar. Et ad Balbum: Gratulor tibi mi Balbe, vereq; gratulor.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Præter valetudinis curationem mandat quædam Tironi.

TVLLIVS TIRONI SVO S. 22

SPero ex tuis literis tibi melius eſſe, cupio quidem certe. cui quidem rei omni ratione cura ut inſeruias: & caue ſuſpiceris contra uoluntatem meam te facere, quo'd non ſis mecum. mecum es, ſi te curas. quare malo, te ualetudini tuæ ſeruire, qua'm meis oculis, & auribus: etſi enim & audio te, & uideo libenter, tamen hoc multo erit, ſi ualebis, iucundius. Ego hic ceſſo, quia ipſe nihil ſcribo; lego aūt libētisſime. tu iſtic, ſiquid librarii mea manu non intelligent, monſtrabis. una omnino interpoſitio difficilior eſt, quam ne ipſe quidem facile legere ſoleo; de quadrimo Catone. De triclinio cura, ut facis. Tertia aderit, modo ne Publius rogatus ſit. Demetrius iſte nunquam omnino Phalereus fuit: ſed nunc plane' Bilienus eſt. Itaque te do uicarium. tu eum obſeruabis. Etſi, Veruntamen. De illis: noſti cætera. ſed tamen ſi quem cum eo ſermonem habueris, ſcribes ad me, ut mihi naſcatur epiſtolæ argumentum. &, ut tuas q̃ longisſimas literas legam. Cura mi Tiro, ut ualeas. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

GIBERTI LONG. LEMMA.

Miſſa eſt epiſtola.

TVLLIVS TIRONI SVO S. 23

TV uero cōfice ꝓfesſionē, ſi potes etſi hæc pecunia ex eo genere eſt, ut ꝓfesſione nō egeat.

ℭCVM vehementer) Varia in hac epiſtola narrat, & exponit Tironi Cic. filius.

ASCENSIVS. SPero &c. Hortatur rurſus vt valetudinem curet, dicens: Spero: idest ſpem capio ex literis tuis, melius eſſe tibi. certe: idest haud dubie cupio. cui rei: ſcilicet vt melius tibi ſit, cura: verbum eſt: ut inſeruias. & caue: ſupple ut aut ne ſuſpiceris te facere contra uoluntatem meam quòd nō ſis mecū: tu es mecū ſi curas te. i. ſanitatē tuā. Quare malo te ſeruire valetudini tuę, q̃ oculis, & auribus meis. Enim. i. quia. & ſi & audio, & video te libēter: tamen ſi valebis, hoc erit mihi multo iucundius. Ego ceſſo: idest vacuus ſum labore, quia ipſe nihil ſcribo, lego autem libentisſime. Si librarii: idest librorum tranſcriptores quid: idest aliquid: ſupple ſcriptum mea manu nō intelligent: idest neſcient legere. tu mōſtrabis iſtic: ſcilicet vbi es, vna omnino interpoſitio: ſcilicet clauſulæ, aut partis prius omiſſæ eſt difficilior omnino: ſcilicet quàm vt legatur ab eis, quam ne quidem ipse: idest non etiam egomet ſoleo legere facile: interpoſitio eſt, de quadrimo Catone. Cura de Triclinio: ſcilicet parando vt facis. Tertia proprium eſt ſed neſcias viri, an mulieris aderit, modo Publius eius inimicus non ſit rogatus: ſcilicet ad conuiuium. Iſte Demetrius: ſcilicet cuius meminiſti, fuit Demetri°: idest Demetrii ſimilis. ſed eſt nunc planè: idest omnino. Bilienus: idest Bilieni ſimilis: hoc eſt ineptus. Itaque do: idest conſtituo te vicarium. tu obſeruabis eum: ſcilicet nequid auferat. Etſi, veruntamē de illis (Apoſiopeſis) idest reticentia eſt alicuius clauſulæ, quam dicere incepit, perducere tamen noluit, addens pro cauſa. Noſti cætera: idest quæ reſtant. ſed tamen ſi habueris quem. i. aliquem ſermonem cum eo: ſcilicet Bilieno, ſcribes ad me. ut argumentum: idest farrago, & materia epiſtolæ: ſcilicet ſcribēdæ ad te, naſcatur mihi. & ut legā literas tuas quamlongisſimas. i. ualde longas. O' mi Tiro cura ut ualeas. Tu nihil potes facere mihi grati° hoc: idest q̃ hoc. Cur ualeas.

VICTORIVS

DE quadrimo Catone) Sic omnes & antiqui & impresſi codices habent. Aliquos tamen ſcimus (De qua primo Catone) emendaſſe: parua omnino licentia, uni°: ſcilicet tantum literæ conuerſione, ut cum ſuperiore ſermone cōiunctum ſit hoc mēbrum: de qua omnino interpoſitione primo Catone diximus, ſeu aliquid tale intelligentes. ſed quia nunquam ſcimus illum ſic appellaſſe librum de Senectute, ſed ſemper Catonem maiorē: ideo receptam lectionem commouere auſi non ſumus. Quæ tamen res non omnino contemnenda uiſa eſt, noluimus præterire, quin lectorem admoneremus, præſertim cum ſit locus obſcurisſimus, & noſtro etiam iudicio non uacu° mendo.

SEBAS. CORR. ℭDE quadrimo Catone) Hæc eſt illa interpoſitio: & Catonem Vticenſem ſignificat, cuius laudationem ipſe Cic. ſcripſit, quam Cæſar ſepisſime legendo ſe dicebat copioſiorē factum, quanuis Anticatones conſcripſiſſet. Al. tamen hic legitur, de qua primo Catone. Nōnulli uerò etiam uiri docti ita legunt, de qua primo cauto.⸿ Tertia) fœmina, uel potius pēſio.⸿ Publi°) nō Clodi°, ut quidam putant, ſed alius quiſpiā, cui Cic. ſe numos debere in epiſtolis ad Atticū ſępe teſtatur.⸿ Phalereus) ſimilis Demetrio Phalereo.⸿ Bilienus) Al. Bellienus, ut epiſt. 15. lib. 8

BERN. RVT. ℭDE quatrimo Catone) Quin hęc illa fuerit difficilis interpoſitio, nihil repugno: Catonē certe arbitror itelligi opus Ciceronis, qđ in laudē Catonis Vticēſis ꝯſcripſit. de quo initio & toto. 12. lib. Eplarū ad Atticū, Plutarch° in Cicerone et Cęſare. Cōtra eū Anticatones ſcripſi Cęſar.⸿ Demetri° iſte nunquā olo Phalereus fuit, ſed nūc planè Bilienus ē) Quid dicit? nū, nunquā doctus urbanus'ue, aut Atticus fuit, nūc aūt planè ruſtic° & illiberalis: ut ſit Bilien° à bile, ſimulq; ad Demetriū illū reſpiciat, de quo Cęl° lib. 8. Bilien° uerna Demetrii, ibi cū ꝑſidio erat, Domitiū quēdā nobilē illic Cęſ. hoſpitē, a' ꝯtraria factiōe numis acceptis, ꝯprehēdit, & ſtrāgulauit.

ASCENSIVS. TV uero &c. Quod ſupra ſcripſit Cicero, De Aufidiano nomine nihil te hortor, nomē, ꝓ debito accipi ſolet. Hortatur

tatur nunc ut profesſionem:idest liberam confesſionem cõficiat :quaſi dicat: ut corã teſtibus id eum profiteri faciat: deinde ſignificat Antonium, cuius amicitiam retinere uelit, quædam contra ſe decreuiſſe,ut cum ordine aperietur, qui talis eſt: Tu uero:ideſt(quod dicunt, pro uero, & certo, & non opinanter tantum,confice:idest perfice,& effice: ut habeas(ſi potes) profesſionẽ: idest manifestam confesſionem debiti. Et ſi:idest tamet ſi. hæc pecunia:idest hoc debitũ. est ex eo genere: idest forma,aut ratione,ut non egeat profesſione. Veruntamen Balbus ſcripſit ad me ſe oppreſſum tanta epiphora: idest morbo oculorum, ut non posſit loqui: idest explicare quid Antonius egerit de lege:ſcilicet ferenda, aut antiquanda. incertum ẽ quæ ſit lex, & quid de ea cõſtitue re pararit Antonius:quia de ea ſcripſerat Tiro,reſcribens ergo ut de re nota breuior ẽ, ꝙ ut posſit itelligi ab iis,qbus res alioqui non constet. Neque id uitium est ſcribentis. Non enim ſcripſit hanc epiſtolam, ut ab omnibus, ſed ut ab uno Tirone legeretur. Tiro autem,patroni ſui amorem in ſe patefaceret, id genus omnes ad ſe datas collegit,atque emiſit liceat : idest permittatur. modo:idest ſolummodo rusticari:quaſi dicat:non curem quid Antonius egerit de lege. Ego ſcripſi ad Bithynicum. de Seruilio. tu uideris: idest concedo, aut moneo,ut uideas. Est enim coniunctiui modo futuri temporis, media breui pronunciandum. tu inquam, qui non contemnis:immo ueneraris senectutem. Etſi:idest tametſi, Atticus, ſcilicet Pomponius, qui intellexit quondam me commoueri panichis,seu panicis:idest rumoribus repẽtinis. putat sẽper idem:idest me semper eodem modo commouendum, nec uidet:idest non conſiderat.quibus præſidiis:idest : munimentis philosophiæ. ego ſeptus : idest undique munitus ſim.& Hercule quòd:idest quia.ipse timidus est θορυβοποιεῖ: idest tumultum facit,seu tumultuatur. Ego tamen nolo ſanè .i.omnino. retinere ſine ulla offenſione amicitiam Antonii inueteratam: idest uetustate corroboratam. Et ſcribam ad eum:sed non antequam uidero te.nec tamen auoco .i. auerto te a' ſyngrapha:idest manuscripto: ſupple accipiendo ab eo. Ego expecto cras Leptam.etenim:idest sed tamen eum. ad cuius rutam : idest amaritudinem sermonis utendum est mihi pulegio.i.dulcore ſermonis tui.

SEBAS. CORR. ¶VERVNTAMEN)S.confice. ⸢Epiphora)oculorum morbo. ⸢Loqui non posſit) Iocatur Cicero.nam qui ab oculis laborat,non impeditur, quo minus loqui posſit. Balbus uero Cornelius uir erat tectus, & ut Cæsarianus Antonium amabat,ob idq; quid Antonius egiſſet de lege, quã post Cæsaris mortem fixerat,loqui nolebat. ⸢Rusticari) quando in urbe cum dignitate per Antonium eſſe non licet. ⸢Bithynicum.)Epist.16.lib.6. ⸢Non contemnis)ut ego iã contemno. πανικοῖς)repẽtinis terroribus,uel rumoribus, sed plerunque falſis.ut illud ad Atticum : De Vẽtidio πανικὸν puto:de Sexto,pro certo habebã,ad arma. ⸢θορυβοποιεῖ)tumultum facit. ⸢Amicitiam)Epist.5.lib.II. ⸢γόνυ κνήμης ἔγγιον) Genu sura propius. ⸢Pulegio)Al.puleio. Et sanè Celsus docet,rutam & puleium herbas etiam sommo aptas eſſe.

BERN. RVT. ¶TV uero confice profesſionem,ſi potes. & ſi hæc pecunia ex eo genere est,ut profesſione non egeat, ueruntamen Balbus ab me ſcripſit, tanta se epiphora oppreſſum, ut lo-

ueruntñ Balbus ad me ſcripſit,tãta ſe epiphora oppreſſum ut loqui non posſit, Antonius de lege quid egerit. liceat modo ruſticari. Ad Bithynicum ſcripſi. De Seruilio tu uideris,qui ſenectutem non cõtemnis. Etſi Atticus noſter,qui quõdam me commoueri * πανικοῖς intellexit, idem ſemper putat, nec uidet quibus * præſidiis philoſophiæ ſeptus ſim. & hercle, quo'd timidus ipſe eſt, * θορυβοποιεῖ. Ego tamen Antonii inueteratam ſine ulla offenſione amicitiam retinere ſanè uolo, ſcribamque ad eum, ſed non ante, quàm te uidero. nec tamen te auoco à ſyngrapha. γόνυ κνήμης. Cras expecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui ſermonis utendum eſt. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Mandatoria eſt epiſtola.

TVLLIVS TIRONI S. 24

ETſi mane Harpalum miſeram tamen, cum haberem,cui recte darẽ literas, etſi noui nihil erat, iiſdem de rebus uolui ad te ſæpius ſcribere:

qui non posſit) Hic ſubſiſto,neque ſequor Clerici diſtinctionẽ. Potes,&(mea quidem ſẽtentia)etiam debes.ita quoque ſupra', ut profesſione non egeat, ueruntamẽ Balbus ad me ſcripſit,&c.ut ſit:Veruntamen confice profesſionem. Vereor autem,ne non ſatis exploratum habuerit Clericus, qd iſta profesſio eſſet. Cicero certe ad Atticum,de eodem etiã (ni fallor)negotio. Semel ne putas mihi dixiſſe Balbum, & Faberium profesſionem relatam?qui etiam eorum iuſſu miſerim,qui profiteretur. ait enim oportere dicebant. Profeſſus eſt Philotimus libertus. Noſti credo librariũ, ſed ſcribis,'& quidem confectum. ⸢Antonius de lege qd egerit) Potes legem probandorum Cæſaris actorum accipere. de qua Cicero, Plutarchus, Appianus. Potes & illam,de qua idem ad Atticũ: Scis, ꝙ diligam Siculos, & ꝙ illam clientelam honeſtã iudicem. Multa illis Cæſar, neque me inuito. etſi latinitas erat non ferenda. Veruntamen ecce Antonius accepta grandi pecunia,fixit legem à Dictatore comitiis latã, qua Siculi ciues Ro. cuius rei viuo illo mentio nulla. ⸢Ego tamen Antonii inueteratam ſine vlla offenſione amicitiã retinere ſanè volo)M. Antonium accipe, in quẽ ſunt Philippicę, triumvirum:non Caium,Ciceronis in conſulatu collegam, vt Clericus, eſt enim ſcripta epiſt. Cæſ.occiſo,cũ iã ſimultas inter Ciceronẽ & M. Antoniũ ſerpet. De panicis Politian'i Miſcellaneis,copioſe.

Ang. Politianus. Miſcell.cap.28.

¶IN Ciceronis ep'ſa ad Tironẽ,quæ poſita in extremo Familiariũ volumine,ſic ſcriptũ eſt. Etſi Atticus noſter,q quondã me ꝯmoueri πανικοῖς intellexit,idẽ ſemper putat,nec videt quibus præſidiis philoſophiæ ſeptus ſim. Hercle qđ timid' ipſe eſt, θορυβοποιεῖ. Panica vocantur (vt arbitror) a' Græcis repentini quidã terrores,& cõſternationes. quales vtiq; lymphatici metus, vſq; adeò irreuocabiles, vt nõ rõne modò,ſed mente etiã careant. Quo itẽ verbo Cicero idẽ vtitur in epiſtola ad Atticũ lib.5. Scis enim, inquit, quædam πανικὰ dici. Facit item Higinius de panico terrore mentionẽ, quo loco de Capricorno,his verbis. Hic enim dicitur,cũ Iupiter Titanas oppugnaret,primus obieciſſe hoſtibus terrorẽ,qui panicos dicitur, vt ait Eratoſthenes,quã fabulã & Germanicus innuit,in Aratro commentario. Euripides in Medea ſic ait.

Καί τις γεραιὰ προσπόλων δόξασά που
ἢ πανὸς ὀργὰς, ἤ τινος θεῶν μολεῖν ἀνωλόλυξε.

Panos autẽ vocat iras Euripides, ſicuti eſt apud antiquisſimũ ipſius interpretem, τὰ πανικὰ δείματα, panicos terrores, ὅτι τῶν [illegible] φόβων καὶ ταραχῶν αἴτιον τῷ πανὶ ἀνατιθέασι. Quoniam, inquit, repentinorũ terrorũ, & conſternationũ cauſam, deo Pani tribuunt. Et apud Syneſiũ in libro de Prouidentia, ſic inuenio fermè, [illegible] πανικοὶ θόρυβοι [illegible] τὸ στράτευμα καταλάβωσι, Et panici tumultus interdiu exercitum occupabãt. Quo loco ãpliter ẽt, cuiuſmodi eẽnt hi deniq; terrores, explicatur,&c. Plura vide apud ipſũ Politianũ.loco idicato.

ASCENSIVS. ETſi mane &c. Primum dicit ſe neceſſitate quadam dimiſiſſe Tironẽ, vt negocia ſua explicaret. deinde docet qd ab eo fieri velit. Poſtremo dicit Balbũ fuiſſe Aquini, & etiã Hirciũ. Ordo eſt:Etſi.i.quanquam.ego miſeram mane Harpalũ.ſ.ſeruum noſtrũ ad te.tamen cum haberem : ſcilicet tabellarium,cui darem recte:ideſt tute.literas:ſcilicet ad te. & ſi nihil erat noui, volui ſcribere ſæpius ad te de iiſdem reb'.

* .i. panicis terroribus
* al'.l. Præſidiis ſeptus
* .i. tumultua
* al'.l. ſyngra. c' exp.

ASCENSIVS.

CN O N quin.i.qui non cõſiderem diligentiæ tuæ:ſed magnitudo rei mouebat me. Prora, & puppis:ideſt principium, & finis nauis: hoc eſt tota ratio nauandæ operæ (vt vtar prouerbio Græcorum) fuit mihi, tui dimittendi a' me. vt explicares:ideſt ab omni intricatione abſolueres rationes noſtras: ſcilicet debitorum noſtrorum. Vtique: ideſt omnino, aut ſaltem ſatisfiat Offilio, & Aurelio. Si non potes: ſupple extorquere:ideſt ui eripere à flamma: ideſt a' perditione, & conſumptione manifeſta, eſt translatio ab incendio domus. omnem partem: ideſt ſupellectilis domeſticæ: hoc eſt rei conſeruandæ. velim ſupple vt extorqueas: ideſt ſerues: ſupple ſaltem aliquã ſcilicet partem, Et: ſupple velim In primis:ideſt pręcipue, eo quod, quæ præcipue volumus prima occurrãt, vt pẽſio: ſcilicet domus noſtræ.i. pecunia, quam quotannis pẽdimus pro ea. ſit expedita.i. abſoluta, & euacuata, Cal. Ianua. Vt conficias:ideſt abſoluas totum negotium de attributione: ideſt de eo quod attribuendum ſcis. Videbis:ideſt deliberabis, & conſiderabis. de repręſentatione: ſcilicet a' nobis, aut nobis facta, quid vtilitatis habeat. Hactenus: ſupple ſcripſi de rebus domeſticis. De publicis:ſupple rebus fac vt ſint omnia certa mihi, quid ſperat Octauius, quid Antonius quæ ſup. ſit opinio hominum, quid putes futurum. Ego teneor vix:id eſt difficulter, quin accurram:ſcilicet ad vrbem: erat enim cũ hæc ſcriberet Cic. abſens, & Tiro in vrbe. Sed expecto literas tuas, per quas omnia ſciam, & ſcito Balbum fuiſſe Aquini:ideſt in eo oppido Appullæ. cum: ideſt quando, dictum eſt tibi. & Hircium:ſupple fuiſſe Aquini poſtridie: ideſt die ſequenti. ego puto vtrunque:ſupple nunc eſſe ad aquas Semas, vbi balnea ſunt non longe ab Aquino. Fac:ſupple ipſi admoneantur, quid procuratores Dolabellæ egerint. Tu appellabis etiam. ſ. ad conſilii conſortium Appiam.

non quin conſiderem diligentiæ tuæ:ſed rei me magnitudo mouebat. Mihi prora, & puppis, ut Græcorum prouerbium eſt, fuit a' me tui dimittendi, ut rõnes noſtras explicares. Offilio, & Aurelio utiq; ſatisfiat. a' Flamma, ſi non potes omnem, parté aliquam uelim extorqueas: in primisq; ut expedita ſit penſio Cal. Ian. de attributione conficies. de re præſentatione uidebis. de domeſticis rebus hacten'. de publicis oĩa mihi certa, quid Octauius, quid Antonius: quæ hominũ opinio: quid futurum putes. ego uix teneor, quin accurram. ſed s. literas tuas expecto. & ſcito Balbum tum fuiſſe Aquini, cum tibi eſt dictum, & poſtridie Hirtiũ. puto utrunq; ad aquas. Sed quod egerint Dolabellæ procuratores fac ut admoueantur. appellabis etiam Papiam. Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur vt ſæpe ſcribat, nec excuſatione vtatur.

CICERO F. TIRONI SVO S. 25

ETſi iuſta, & idonea uſus es excuſatiõe itermiſſiõis literarũ tuarũ: tñ, id ne ſæpi' facias, rogo:

VICTORIVS.

VTrique ad aquas Semas) Sic omnes habebant vulgati codices. Nos his neglectis, vt in veteribus libris inuenimus, ſcripſimus, Ad aquas autem intelligit Baianas, quemadmodum in epiſtolis ad Atticum lib. XIIII. Haud amo vel hos deſignatos, qui etiam declamare me coegerunt, vt ne apud aquas quidem acquieſcere liceret. Id eſt, Baiis: nã quod in cunctis in fine epiſtolæ {Appiam} legebatur, nos iiſdem antiquis codicibus authoribus {Papiam} ſcripſimus. ⸢De publicis omnia mihi certa) Antiqui codices cum recepta lectione conſentiunt: cogitandũ tamẽ an legi debeat {Incerta} rogat enim Tironẽ, vt ſcribat, quæ ſtatim exponit, vt qui nihil certi de illis rebus haberet.

Ex poſt. eiuſdem.

CEGO vix teneor, quin accurram:ſed ſi) Hęc eſt Medicei codicis lectio non ſine aliqua macula, vt exiſtimare facile poſſemus. non diſplicet Pauli coniectura: nam & peruerſo parua eſt, ſi ita legi debet, & idoneum ſenſum habet. iubet enim Tironem tacere, quod ante dixerat, ſe vix teneri, quin accurrat. Eodem modo locutus eſt in epiſtolis ad Attic. nec tamẽ notã ibi poſuit, aut ſibilo hoc ſignificauit, ſed verbo expreſſit quid eum facere vellet libro ſecundo. non libet fugere: aueo pugnare: magna ſunt hominum ſtudia. ſed nihil affirmo. tu hoc ſilebis. ⸢Puto utrũque ad aquas, ſed qđ egerint) in noſtrum impreſſum codicem Medicei lectionem tranſtulimus: quæ tamen culpa impreſſorum aliquantulum perturbata eſt: ſeiũgere enim debebant hæc verba ab inferioribus vt diſtincta eſſent, quemadmodũ res ipſæ diſtinctæ ſunt. Qđ ſi hoc ſeruaſſent, nihil (vt arbitror) deſideraretur: intelligi ſanè debet verbum, quo illa regerentur, non tamen poni. vel, {nondum ſcio} vel, {ad me ſcribe} aut aliquid, quod ſententiam illam expleat, vt in epiſtola ante hanc in illo loco, Antonius de lege quid egerit. At aquas autẽ cum dicebant: quanuis nihil adderent, aquas tamen calidas, Baiasq; intelligebant.

PAVL. MANV.

CACCVRRAM ſed s.) In vetuſtiorib' libris ſcriptum eſt, ſed ſi. ego arbitror legendum, ſed ſt, quam ſilẽtii notam, qui non agnouere ſcripſerunt, ſi. deinde alius cũ videret, ſi, locum hic habere non poſſe, fecit, s. ideſt ſcilicet. ſic etiam I de oratore lib. II. pro, ſt, ſcriptum erat, ſi qđ mendum. VII. abhinc annũ ſuſtulimus. in Plauto etiam vbi legendũ eſt, ſt, mõ ſi, mõ aſt. modo at vulgo legitur. Terentius quoque in Phormione hac nota vſus eſt, quẽ locum citat Velius Longus Grammaticus. ⸢Semas quid egerint) Alii ſed quod egerint, Dolabellæ procuratores fac ut admoneantur. ego illa verba, Dolabellæ procuratores fac vt admoneantur, a' ſe ipſa regi puto, nec aliunde pendere: verbum enim, admoneantur, ad pecuniam refertur, quam Dolabella Ciceroni debebat: itaque intulit, appellabis etiam Papiam: quod item creditorum verbum eſt. forte igitur legẽdum, ſciemus, quid egerint, vt omnino a' ſequentibus diſcludantur.

SEBAS. CORR.

CPRORA, & puppis) ſumma conſilii. ⸢Flamma) Flamma, Flaminio debitore. ⸢Mihi certa) ſcribas. ⸢Octauius) qui nuper Romam venerat, vt Cæſaris hæreditatem cerneret. ⸢Ad aquas Semas. quid egerint) Al. ad aquas, ſed quod elegerint. aquas autem Baianas intelligit, ſi ita legas. ⸢Admoneãtur) vt nobis, quod Dolabella ſatiſdato debet, diſſoluãt. ⸢Appiam) Appiam Clodiam, quæ & ipſa debet certe cũ Cicerone neſcio qđ negotii habebat. Alii tamen legunt, Papiã.

BERN. RVT.

CA Flãma, ſi non potes oẽm, partem aliquã velim extorqueas) Hoiem notat, non incẽdiũ, vt Clericus. de eo ad Atticũ: Flãmã Flaminiũ audio Romæ eſſe. ad eũ ſcripſi, me tibi mãdaſſe per literas, ut de Montani negotio cũ eo loquere. Et velim cures epiſtolã, quã ad eũ miſi, reddẽdã, & ipſe (qđ cõmodo tuo fiat) cũ eo colloquere. Puto, ſiquid in hoĩe pudoris eſt pręſtatuiũ eũ, ne ſero quodãmõ depẽdatur, Et paulo poſt: De Montano, quoniã Flãma venit, uidebis. Puto rẽ meliore loco eẽ debere. ⸢De attributione ꝯficies) De eadẽ ad Atticũ: Dolabella vir optimus, & ſi cum ſcribebã ſecũda menſa appoſita, veniſſe eum ad Baias audiebã, tamen ad me ex Formiano ſcripſit. quas literas cum è balneo exiiſſem, accepit, ſeſe de attributione oĩa ſumma feciſſe. Vectenũ accuſat, &c. & infrà: Ait enim attributionem in Idus, ſe aũt vrgeri acriter. Tu ex meis literis, quomodo reſpondeas, meditabere. Et alio loco: Maxime aũt me angit rõ reliquorũ meorũ, quæ quanquã explicata ſunt, tñ quod & Dolabellæ nomen in his eſt, & attributione mihi noĩa ignota, cõturbor, nec me vlla res magis angit, ex oĩbus. itaq; non mihi videor erraſſe, qđ ad Balbũ ſcripſi apertius, vt ſi qđ tale accidiſſet, vt nõ cõcurrerent noĩa. ſubueniret, meq; tibi etiã mandaſſe memor, fui, vt ſiquid eiuſmodi accidiſſet, cum eo communicares.

ASCENSIVS.

ETſi iuſta &c. Excuſauerat ſe Tiro apud Cice. filium, qui Athenis erat, ſe propter anguſtiam temporum, & magnitudinem

gnitudinem negotiorum intermiſiſſet ad eum ſcribere, quare Cic. primum dicit eius excuſationem iuſtam, & idoneam, ſed rogat vt malit ſatisfacere officio ſuo ſcribendo, quàm ſe excuſando. Ordo eſt: Et ſi: ideſt quanquam. vſus es iuſta, & idonea excuſatione intermiſſionis: ideſt quòd ad tẽpus omiſeris dationem literarum tuarum, rogo ne facias id ſæpius.

nam etſi de Reip. rumoribus, & nuntiis certior fio, & de ſua in me uoluntate ſemper ad me perſcribit pater: tamen de quauis minima te ſcripta à te ad me epiſtola ſemper fuit gratiſſima. quare cum in primis tuas deſiderem literas, noli committere, ut excuſatione potius expleas officiũ ſcribendi, quã aſſiduitate literarum. Vale.

Q. CICERO TIRONI SVO S. D. 26

VErberaui te cogitationis tacito duntaxat cõuicio, quod faſciculus alter ad me iam ſine tuis literis perlatus eſt. non potes effugere huius culpæ pœnã te patrono. Marcus eſt adhibendus: iſq; diu, & multis lucubrationibus commentata* oratione uide ut probare poſſit, te non peccaſſe. planè te rogo, ſicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagenas etiam inaneis obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ: ſic tu etiam ſi, quod ſcribas non habebis, ſcribito tamen, ne furtũ ceſſationis quæſiuiſſe uidearis: ualde enim mihi ſemper & uera, & dulcia tuis epiſtolis nuntiantur. Ama nos, & uale.

GIBERTI LONGOLSI LEMMA.

Narrat quid de conſulibus ſentiat.

Q. CIC. TIRONI SVO S. P. D. 27

MIrificam mihi uerberationem ceſſationis epiſtola dediſti: nam quæ parcius frater perſcripſereat uerecundia uidelicet, & properatione, ea tu ſine aſſentatione, ut erãt, ad me ſcripſiſti, & maxime de Conſulibus deſſ. quos ego penitus noui libidinũ, & languoris effœminatiſſimi animi plenos. qui niſi à gubernaculis receſſerint, maximum ab uniuerſo naufragio periculum eſt. incredibile eſt, quæ ego illos ſcio appoſitis Gallorum in æſtiuis feciſſe, quos ille latro, niſi aliquid firmius fuerit, ſocietate uitiorũ delinict. res eſt aut tribunitiis, aut priuatis conſiliis munienda: nam iſti duo uix ſunt digni, quibus alteri Cæſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas. Te, ut dixi, fero oculis. ego uos ad III. Cal. uidebo, tuosq; oculos, etſi te ueniens in medio foro uidero, diſſuauiabor. Me ama. Vale.

Nam etſi: ideſt quãquam fio certior de Rep. rumoribus: ideſt in certo authore, ſermonibus, & nuntiis. & pater: ſcilicet Marcus Tullius, perſcribit ſemper ad me de voluntate: ideſt beneuolentia ſua in me. tamen epiſtola ſcripta à te ad me, de quauis re minima: ideſt quamuis res eſſet minima, fuit mihi ſemper gratiſſima. Quare cum deſiderem in primis literas tuas, noli cõmittere. i. efficere. vt expleas. i. perficias, & abſoluas potius officium ſcribendi excuſatione, quàm aſſiduitate literarum.

ASCENSIVS. VErberaui &c. Accuſat Tironẽ negligentiæ: quod inter multas epiſtolas à Tirone nullam acceperat: quã culpam iocoſe dicit vix à patre poſſe orando purgari. Ordo eſt: Verberaui: ideſt affeci te dũtaxat tacito: ideſt mentali. conuicio: ideſt exprobratiõe cogitationis: ſcilicet meæ. & alter faſciculus: ſcilicet literarum ab aliis miſſarum. perlatus eſt iã ſine literis tuis. Tu non potes effugere pœnam huius culpæ: ſcilicet negligẽtiæ. te patrono: ideſt defenſore, & purgatore. Marcus: ſcilicet pater meus. eſt adhibendus: ſcilicet ad defenſionem tãtæ culpę. & is: ſcilicet Marcus pater, etiã in ſummo periculo reis auxiliari ſolitus: ſupple adhibendus eſt oratione commẽtata: ideſt habens orationem commẽtatam, & præmeditatam multis lucubrationibus. vide: ideſt conſidera. ut: ideſt quomodo: ſupple Marcus pater poſſit probare te non peccaſſe. Ego rogo te planè, ſicut memini, matrẽ noſtram facere olim, quæ obſignabat lagenas: ideſt vaſcula vinaria. etiam inanes: ideſt in quibus nihil erat vini. ne aliquæ: ſcilicet lagenæ dicerẽtur fuiſſe inanes, quæ eſſent exſiccatæ: ideſt exhauſtæ. furtim: ideſt furtiuè. ſic tu etiam ſi non habebis quid ſcribas, tamen: ideſt nihilhominus ſcribito, ne videaris quæſiuiſſe furtum: ideſt fictitiam, & quaſi furtiuam excuſationem ceſſationis. ſ. à miſſione literarum. Enim. i. quia, & vera, & dulcia nũciantur mihi ſemper epiſtolis tuis. Ama. nos, & Vale.

ASCENSIVS. MIrificam mihi &c. Dicit ſe mirifice cõcuſſum ex literis Tironis, quibus qui conſules creati eſſent, ſignificabat. loquens ſecundũ Cõmentarios de Hircio, & Panſa. de quorum fide, & virtute tunc dubitabat, cum tamen vterque fortiſſime pro Repub. caſurus ſit, cæſus ab Antonio Mutinæ,

cum D. Brutum obſideret. Hanc autem epiſtolam inſeruiſſe videtur Tiro, vt ſignificet quam fidem ſibi habuerit frater patroni ſui. Ordo eſt: Tu dediſti mihi mirificam verberationẽ: i. incuſſionẽ verecundiæ. ceſſationis: ideſt propter ceſſationem meam, epiſtola: ſcilicet tua. Nam tu ſcripſiſti ad me ea quæ frater: ſcilicet Marcus Tullius Cicero perſcripſerat ad me parcius: ideſt nimis ſobrie: videlicet verecundia, & properatione: ideſt propter verecendiam, & properationem ſuã, tu ſcripſiſti inquàm ea ſine aſſentatione ut erant, & maxime de conſulibus deſignatis: ideſt declaratis in proximum annum. videlicet Hircio, & Panſa, quos ego noui penitus plenos libidinum, & languoris: ideſt corruptionis animi effœminatiſſimi, qui: ſcilicet conſules, niſi receſſerint à gubernaculis. ſ. Reip. maximum periculum eſt ab vniuerſo naufragio: ſcilicet totius Reipu. Incredibile eſt quæ ego ſcio illos feciſſe in æſtiuis caſtris Gallorum oppoſitis: ſcilicet noſtris. quos ille latro: ſcilicet Marcus Antonius. detinet: ideſt blande attrahit ſocietate vitiorum. niſi aliquid firmius fuerit: ſcilicet eis obſiſtẽs. Res eſt munienda: ſcilicet à periclitatione cõſiliis tribunitiis, aut priuatis: ideſt alicuius viri authoritate præditi, licet ſit priuatus: ideſt extra omnem magiſtratum poſitus. Nam iſti duo: ſcilicet cõſules deſignati. vix ſunt digni quibus credas: ideſt ſub fide cõmittas. alteri Cæſenam: ideſt oppidum illud deſertum in Gallia togata, alteri fundamenta Tabernarum Coſſutianarũ: ideſt domiciliorum viliſſimi cuiuſque Cerdonis. Ego fero oculis: ideſt imaginor videre te vt dixi. Ego videbo vos ad quartum Calendas: ſcilicet huius menſis. & diſſuauiabor: ideſt affectante oſculabor oculos tuos. etiã ſi ego veniens: ſcilicet tibi obuiam, videro te in medio foro. Ama me, &c.

*al. ſcripſi ad Vmmiũ

VICTORIVS.

MIrificam mihi) Hæc Q. Ciceronis epiſtola acerba, & aſpera eſt. ſic autẽ illum ſolitũ ſcribere Marcus oſtendit, cum ei præciperet, quomodo ſe i Aſia Procos. gerere deberet, in primiſq; hortaretur, vt ſe in ſcribendo maledictis abſtineret. Inuehitur in conſules deſignatos, eoſq; magna verborum contumelia perſtringit. Arbitror autem intelligere eum Hircium, ac Panſam, multis hoc coniecturis ductus credo, ſe autem conſcium eſſe dicit multis illorum ſceleribus, ac libidinibus, quibus ita dediti erant, ut in maximis periculis vix ſibi à luxuria temperare poſſent: ipſe enim vnà cum illis in Gallia Imper. Cæſare militauerat. (Quos ille latro) Antonium intelligit, contra quẽ illi bel-

ſum geſturi erant. exiſtimat enim Quintus Antonium niſi copiis ſuis, viribuſq́; confiſus fuerit, alia via illos aggreſſurũ eſſe, & omnia facturum, vt illos ſibi placet, & in ſententiam ſuam traducat, putat eum id facile conſecuturum ſimilitudine vitæ, & ſocietate vitiorum. ⸿Quibus alteri Cæſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum) Omnibus iniquus erat Quintus, & nemini parcebat, dummodo iræ ſuæ, ac furori obtemperaret. De ambobus illis Coſſ. deſſ. peſſimè ſentiebat: veruntamen quantum ſuſpicari poſſumus, alterum illorum ignauiorem, inertioremq́; altero exiſtimabat, nam quem aliquid conſilii habere putabat, vix dignum eſſe dicebat cui Cæſena committeretur. Alterum, qui nullius conſilii eſſet, ſed penitus infimi ingenii, ac intemperantisſimæ naturæ, vix rectè poſſe iudicabat curare fundamenta Coſſutianarum tabernarum. Alii hunc locum procul dubio corruptum eſſe dixerunt, quibus non accedo: inuenio vulgatam hanc lectionem nulla mendi ſuſpicione in optimis, & antiquisſimis libris. Quæ mens eum impulerit, vt poneret Cæſenam ignobili, & obſcuro oppido, non facile enuntiarim, neque æquum eſſe puto de huiuſcemodi rebus quid ſentias reſpondere cogi. Furore animi, & magna aſperitate verborũ illum in epiſtolis ſemper vſum, prodente M. Fratre, liquido poſſumus affirmare.

PAVL. MAN.

⸿QVIBVS alteri Cæſenam) Locus proculdubio corruptus: neque enim adeo tum ignobilis, aut obſcura fuit Cæſena, vt tãquam abiecta res nominari debuerit. vetus codex Vincentii Riccii ſic habet, Quibus geſa, vel quibus Suttanarum tabernarum fundamenta credas. deliberent eruditi; quo mõ ſit legendum. Liuius quidem libro IX. de Cenſenina meminit oppido non admodum celebri: vt fortaſſe non inepte pro, Cæſenam, Cenſenniam, hic legi posſit.

SEBAS CORR.

⸿DE Coſſ. deſſ.) Hirtio, & Panſa. ⸿Quos ego penitus noui) quippe qui Cæſaris legatus in Gallia fui, & illos optime noſſe potui. ⸿Latro.) M. Antonius.

[redacted]

SERIES CHARTARVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG HH II KK.

Omnes ſunt quaterniones præter * duernionem.

VENETIIS APVD HAEREDES PETRI RAVANI, ET SOCIOS. ANNO M. D. XLVIII. MENSE MAIO.

